2 Tim. 2, 4 uterentur, quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incursibus et ideo militans deo minime se negotiis saecularibus implicaret ac uicissim non ille rebus diuinis praesidere uideretur qui esset negotiis saecularibus implicatus, ut et modestia utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque subfultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. quibus omnibus rite collectis satis euidenter ostenditur a saeculari potestate nec ligari prorsus nec solui posse pontificem. quo manifestius adprobatur Alexandrinum Petrum per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolui. ubi si pontificum quoque sociatur adsensus, quaerimus utrum praecesserit an fuerit subsecutus. si subsecutus est et imperiali sententiae ⟨ae⟩qua **, nihilo minus ad id reditur ut absolutio saeculari potestate praecepta et principaliter inchoata ualere non possit pontificumque secutus adsensus adulationis potius fuerit quam legitimae sanctionis. si praecessit, doceatur a quibus et ubi ille sit gestus, si secundum ecclesiae regulam cele-
569 bratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examina-

---

UF, Q [= *aetwx*], *B*

2 sanitas *FQae corr.*, *Qtx B* sanitas introducta est ut — perdurante sanitas *UQaewQt in mg.* diuina *F* 3 *ante* quod si *haud pauca desunt* imperatores uel reges *Qe in mg.* 4 etiam *Qw corr.*, *B* etiam et eam *UQ* etiam eam *F* 6 ut *om. B* 8 quae *om. FQe, corr. Qe* 9 *lacunam indicaui e. g. supplendo* inspirauit *uel* fecit 10 uerum] utrum *F* 11 regale *uulgo* regulam *B* regulae regiae *UFQ* 12 id est *om. B* 13 magnificum *B* utrisque *Qx corr.* in *om. B* sumpsisse *Qa corr.*, *B* submissae *UFQ* submissa *Qx corr.* dicatur *B* 14 salutis *B* 15 dispensationem magnificantem perauero *B* 16 suos] quod *B* 19 a [*om. U*] carnalibus *UFQa corr.* aeternalibus *QB* extaret excussibus *B* ideo] dō *Qex corr.*, *B* deo *om. QB, corr. Qa* 20/21 implicaret — saecularibus *om. B* 20 praesedere *F* 21 moderantia *B* 22 competens *UFQ, corr. Qex* qualitalibus *B* 24 legari et solui possent prorsus *B* probatur *F* 25 imperiale *F* nullum *B* 26 queritur *B* 27 et *om. B* aequa *scripsi et lacunam indicaui* fruitur auctoritate *e. g. supplendo* qua *UFQB* 28 reditu *B* a seculari *B* 29 ascensus *F* 30 docetur *B* 31 perfectus *Qe corr.* ore *F*

tione depromptus. ubi procul dubio requirendum est si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati et depulsione catholici, quia nouiter causa*, fieri debuisse certissimum est; si ad primam sedem, cuius intererat sententiae qua Petrus tenebatur obstrictus, secundum ecclesiae regulas est relatum; si eadem quae ligauit, absoluit, quod si illa quae non ligauerat, resoluente, immo etiam nesciente ** potuisse dissolui. si haec gesta non sunt, quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus praetenditur absolutus, cum nec a pontificibus legitime et ecclesiasticis legibus fuerit expeditus nec a saeculari potestate potuerit praeter ecclesiae tramitem prorsus absolui? sed dicatur forsitan: non imperator absoluit, sed a pontificibus poposcit absolui. tanto magis poscenti imperatori a pontificibus fuerat suggerendum ut si eum legitime uellet absolui, legitima ecclesiastici tenoris absolutio proueniret et haec omnia quae superius dicta sunt, secundum ecclesiae tramitem seruarentur, praecipue cum de secundae sedis ageretur antistite nec ab inferiore qualibet, sed a prima sede iure possit absolui. inferior quippe potiorem absoluere non potest; sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit. proinde inferioris loci pontifices, qui nullatenus se nouerant potiorem sui sine prima sede posse resoluere, praecipue quem eius sententia nouerant obligatum, praeuaricatoria absolutione potioris non illum penitus exuerunt, sed se praeuaricatione potius nexuerunt. ita Petri absolutio ex utroque non constat, quia nec praeuaricatoria absolutione rei reum absoluere potuerunt et depulsis undique 570
pontificibus catholicis haereticisque suppositis uel his qui haereticorum tenebantur communione polluti et iam sacrae religionis insinceritate polluti, participem suum tam absoluere nequiuerunt quam ipsi non erant absoluti. ac perinde tam ecclesiasticae regulae praeuaricatores quam sacrosanctae communionis integritatem maculantes consortio perfidorum quod de sui simillimo potuerunt ferre iudicium? de catholicis enim pontificibus per totum Orientem aut quicumque perstitit, est eiectus aut ille restitit qui consensit errori et se ab errantium contagio non retraxit. quod igitur eorum potuit de cuiusquam errore esse iudicium, qui nusquam non errasse monstrantur et haereticorum simul catholicorumque confessione permixta cuncta religionis uerae et sincerae se turbasse catholicamque apostolicamque confudisse puritatem? ecce qui reum absoluere potuerunt, qui rei prae omnibus docebantur effecti; ecce cum quibus de absoluendo reo synodus fuerat ineunda. si fides et communio catholica retinebatur, cur catholici pellebantur antistites? si catholici pellebantur antistites, quomodo non tantummodo haeretici seruabantur?

UF, Q [= *aetwx*], *B*

1 requirendum est *om. B* 2 et in *B* *lacunam indicaui e.g. supplendo* perpendenda est *cf. Coll. Auell. p. 784*, 9 causa orta est Q^{x} *corr.* 2/3 debuisset *B* 3 ad] aut *B* 4 regulis B prolatum *B* 5 a illa *B* soluente *B* *lacunam indicaui post* nesciente *supplendo* quae ligauerat; *cetera incerta* potuisset Q^{x} *corr.* 7 a *om. B* et *om. B* ad *B* 8 tramite *UFQ*, *corr.* Q^{aex} non *om. F* 10 ut si] at ne *B* legitimae *F* 12 seruerentur *B* sedis] sibi *B* antestitem *F* 14 pontificis Q^{etwx}, *corr.* Q^{e} 14/15 ullatenus *B* 15 potiore *Q*, *corr.* Q^{ae} sui *scripsi* sibi *UFQB* quae *B* 16 nouerat *F* praeuaricatori *UFQ*^{aetw}, *corr.* Q^{ae} potioris *B* potius *UFQ* 17 se *om. B* praeuaricationi *B* 17/18 absolutio — praeuaricatoria *om. B* 18 absolutionem *B* 20 sacra *B* relegioni sinceritate *F* 22 sacroscae memor *B* 23 de sui Q^{e} *corr.* de suo *B* derui *F* dirui *UQ* de reo Q^{x} *corr.* simili modo F^{corr} Q^{t}, *corr.* Q^{t} 24 persistit *B* resistit *B* 25 contagione *B* quo *B* 26 simulque *B* 27 confusione *B* regionis *B* uerae et] et uere *B* sinceritatis se *B* sincerae se *UFQ*, *conicio* sincerae statuta catholicam *B* 27/28 apostolicamque *om. F* 30 cur — antistites *om.* Q^{x} 30/31 si — antistites *om. Q* 31 non *om. B* seruebantur *B* *subscr.* EXP̄ TOMVS S̄CI GELASI PAPAE CONTRA EOS QVI DICVNT ACACIVM INIVSTE FVISSE DAMNATVM *F*

SCI GELASII COMMONITORIVM FAVSTO MAGISTRO FVNGENTI LEGATIONIS OFFICIVM CONSTANTINOPOLIM

341 **7** Ego quoque mente percepi Graecos in sua obstinatione mansuros nec cui uelut insperatum uideri potest quod est in ante praecognitum. quapropter non tam propter religionis causas student dispositionibus publicis obuiare, sed potius per occasionem legationis regiae catholicam fidem moliuntur euertere et tali commercio nituntur sperata praestare. quid sibi uult autem quod dixerit imperator a nobis se in religione damnatum, cum super hac parte
342 et decessor meus non solum minime nomen eius attigerit, sed insuper quando principia adeptus regiae potestatis exeruit, in eius se rescripsit imperii promotione gaudere et ego nulla ipsius umquam scripta percipiens honorificis, ut nostis, eum litteris salutare curauerim? decessores mei sacerdotes qui praeuaricatoribus se communicasse propria uoce confessi sunt, a communione apostolica submouerunt. si isti placet se miscere damnatis, nobis omnino non potest imputari; si ab eis uelit abscedere, tanto magis a nobis non potest esse damnatus, sed potius ad gratiam sincerae communionis ammissus. ad senatum uero pertinet Romanum ut memor fidei quam a parentibus suscepisse se meminit, contagia uitet communionis externae, ne a communione sedis apostolicae, quod absit, reddatur externus.

Veniam sibi dari debere proponunt. legatur ex quo est religio Christiana, uel certe detur exemplum in ecclesia dei a quibuslibet pontificibus, ab ipsis apostolis, ab ipso denique saluatore ueniam nisi corrigentibus fuisse concessam. auditum autem sub isto caelo nec legitur omnino nec dicitur quod eorum uoce depromitur: date nobis ueniam, ut tamen nos in errore duremus. id quoque parum est: ostendant qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione quoue documento siue a maioribus nostris siue ab ipsis apostolis, quos potiores merito fuisse non dubium est, seu ab ipso domino saluatore, qui iudicaturus creditur uiuos et mortuos, siue factum est umquam uel faciendum esse mandatur. mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absoluisse non legimus. et qui hoc certe faciendi solus habuit potestatem, beato Petro
Mt. 16, 19 principaliter mandat apostolo: quae ligaueris super terram, ligata erunt et in caelo, et quae solueris super terram, soluta erunt et in caelo. super terram inquit; nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolui. quod ergo num-
343 quam factum est, uel mente concipere formidamus, scientes in diuino iudicio non posse penitus excusari. si autem, quod nunc praetendunt a Romana se ecclesia diuisuros, quod iam dudum fecisse monstrantur.

Eufimius uero miror si ignorantiam suam ipse non perspicit, qui dicit Acacium ab uno non potuisse damnari. itane non perspicit secundum formam synodi Calchidonensis Acacium fuisse damnatum? nec nouit aut se nosse dissimulat, in qua utique per numerosam

---

7 *Gelas. ep.* 10 *Thiel*

UF, Q [= *aetwx*]

1 officio in oriente Q^{x} *corr.* 2 *in fine add.* directum super damnatione acacii Q^{x} *corr.* 3 obstinationem *F* ne *UFQ* 3/4 inspiratum *UFQ, corr.* Q^{ax} 7 regione *F* 9 exercuit Q^{x} *corr.* 11 decessoris FQ^{ae}, *corr.* Q^{ae} 12 placent *F* 13 omnino *F om. UQ* 15 qua *UFQ, corr.* Q^{aex} 17 dare FQ^{e}, *corr.* Q^{e} 28 caelo[1]] caelum *F* 31 si *UFQ conicio* quid 33 heofimius Q^{w} eofimius Q^{x} eo firmius Q^{x} *corr.* 34 calchedonensis FQ^{ae} Q^{x} *corr.*

sententiam sacerdotum erroris huius auctores constat fuisse damnatos, sicut in unaquaque haeresi a principio Christianae religionis et factum fuisse et fieri manifesta rerum ratione monstratur, decessoremque meum executorem fuisse ueteris constituti, non nouae constitutionis auctorem? quod non solum praesuli apostolico facere licet, sed cuicumque pontifici, quo scilicet quemlibet locum secundum regulam haereseos ipsius ante damnatae a catholica communione discernant. Acacius quippe non fuit noui uel proprii inuentor erroris, ut in eum noua scita praecederent, sed alieno facinori sua communione se miscuit. itaque necesse est ut in illam recideret iusta lance sententiam quam cum suis successoribus per conuenientiam synodalem susceperat auctor erroris.

Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. contra quos hoc ipso uenire 344
se produnt, quod primae sedi sana rectaque suadenti parere fugiunt. ipsi sunt canones qui appellationes totius ecclesiae ad huius sedis examen uoluere deferri, ab ipsa uero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium, nec de eius umquam praeceperunt iudicio iudicari sententiamque illius constituerunt oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandarunt. in hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus et Petrus Antiochenus, Petrus Paulus Iohannes et ceteri, non solum unus, sed plures utique nomen sacerdotii praeferentes sola sedis apostolicae sunt auctoritate deiecti, cuius rei testis etiam ipse docetur Acacius, qui praeceptionis huius extitit executor. quod utique sicut apostolicam sedem iuxta formam synodicam fecisse manifestum est, sic neminem resultare potuisse certissimum. hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum est damnatus Acacius quo eorum damnationem, antequam praeuaricator existeret, fuerat executus.

Nobis ausi sunt canonum facere mentionem, contra quos semper ambitionibus, semper inlicitis tenendi esse monstrantur. qua ipsi synodo uel secundum cuius synodi formam Alexandrinum Iohannem de ecclesia cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis causis euidentibus nec ante conuinci nec postea prouocans etiam in iudicio competenti potuit accusari. quod si dicunt: imperator hoc fecit, hoc ipsud quibus canonibus, quibus regulis est praeceptum? cur huic tam prauo facto consensit Acacius, cum auctoritas di- Rom. 1, 32
uina dicat non solum qui faciunt praua reos esse, sed et qui consentiunt facientibus? qui- 345
bus canonibus, quibus regulis Calendion exclusus est uel primi urbium diuersarum catholici sacerdotes? qua traditione maiorum apostolicam sedem in iudicium uocant? an secundae sedis antistites et tertiae ceterique bene sibi conscii sacerdotes depelli debuerunt, et qui extitit religionis inimicus, depelli non debuit? uiderint ergo si alios habent canones quibus suas ineptias exequantur. ceterum isti qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, non solum sedem apostolicam ad iudicium uocare non possunt ** et Constantinopolitanae episcopus ciuitatis, quae utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum non debuit submoueri? an qui homini

---

UF, Q [= *aetwx*]

5 quos [quo Q^e] licet *UFQ* quos scilicet Q^e *corr.* locum *del.* Q^e laicum Q^x *corr.* 6 discernere Q^x *corr.* 9 uel conuientiam Q^e *in mg.* 11 parare *F* refugiunt Q^α *corr.* 13 totam *F* 15 non oportere Q^{ex} *corr.* 17 iohannis *FQaetw, corr.* Q^a et iohannes Q^e *corr.* 18 testis] gestis *F* 21 recedens FQ^a *corr.* consortio *F* quo] qui Q^e 24 tenendi esse *UFQ* tetendisse Q^e *corr.* *coniecerim* obtinendis isse [isse *inuenit Thiel*] 27 ipsum Q^{ex} *corr.* quibus^2 *om. U* 31 qui *F* 35 *lacunam indicauit Thiel* 36 epm *F* 37 reccidit *F*

mentitus dicitur imperatori et imperatorem laesisse perhibentur, depelli debuerunt, et in deum, qui summus et uerus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque communionem diuini sacramenti studentem miscere cum perfidis secundum synodum qua haec est damnata perfidia, non oportebat excludi? sed uelint nolint, ipsius iudicia antiqua canonum constitutione firmentur. sed religiosi uiri atque perfecti secundum canones
346 concessam sedi apostolicae potestatem nimirum conantur eripere et sibimet eam contra canones usurpare contendunt. o canonum magistros atque custodes. nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienae diuina scriptura praedicante:
Tit. 3, 10. 11 hominem haereticum post primam et secundam correptionem deuita, sciens quod huiusmodi delinquat proprio iudicio condemnatus. ecce cognoscant quia non solum ab alio, sed a se quoque ipso damnetur haereticus.

Illud autem nimis est inpudens quod Acacium ueniam postulasse confingunt et nos extitisse difficiles. testis est frater uester, filius meus uir inlustris Andromachus, qui et a nobis abundanter instructus est ut cohortaretur Acacium deposita obstinatione resipiscere et ad sedis apostolicae remeare consortium quique se sub iureiurando magnis cum eodem molitionibus egisse testatur nec ad ea quae recta sunt, potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectu. certe proferatur iudicium, quando miserit, quando ueniam postularit correctionemque suam nobis promiserit exhibendam, nisi forte hunc animum gessit quem successores eius habere perspicimus, ut tamen si ueniam postularet, sic sibi uellet impendi ut nihilo minus in errore persisteret, ubi utique non tam a nobis recipi uideretur quam nos potius in suam traduceret prauitatem. quem reatum se confessuros adserunt ante certamen? si reatus est, utique corrigendus est; si corrigendum non putant, fallaciter se re-
347 atum perhibent profiteri, nisi, quod est infelicius, cum et fatentur reatum et non aestimant corrigendum. illud quoque ridere me libuit, quod ait: si necesse fuerit ueniam postulare, existimans nimirum tunc se peccati ueniam necessario postulare, si ei concedamus ne peccare desistat, immo etiam, quod absit, cum eodem consentiamus nos quoque peccare. nescio inter quae mundi prodigia haec uox possit ammitti. remitti culpa de praeterito potest, correctione sine dubio subsequente. nam si deinceps finitur mansura peruersitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis adnuntiatio. non mirum si isti sedem beati Petri blasphemare praesumunt, qui talia portenta uel corde gerunt uel ore diffundunt, et nos insuper superbos esse pronuntiant, cum eis prima sedes, quidquid est pietatis, non desistat offerre, illi etiam ipso proteruo spiritu subiugare se posse confidant. sed captos mente facere ista non mirum est. sic frenetici solent medicantes quosque uel hostes putare uel caedere. quaero tamen ab his, iudicium quod praetendunt, ubinam possit agitari? an apud ipsos, ut idem sint inimici testes et iudices? sed tali iudicio nec humana debent committi negotia, nedum diuinae legis integritas. si quantum ad religionem pertinet, non nisi apostolicae sedi iuxta canones debetur totius summa

---

UF, Q [= *aetwx*]

3 quam *UFQ, corr. Qex* 4 iudici *F* iudicio *UQ* 4/5 antiquae — constitutiones *Qx corr.* 11 ipse *Q, corr. Qe* 13 andromagus *Qaewx, corr. Qa* 15 magnis *uulgo* magis *UFQ* cum] eum *F* 17 effectus *F, Qa corr.* quando[1]] quanto *F* 19 tamen *UFQa corr.* tam eo [eos *Q1*] *Q* tam et *Qe corr.* 22 se *in* dicunt esse *corr. Qx* 23 perhibent — reatum *om Qx* confiteri *Qe corr.* 26 nec *FQw* 28 fingitur *FQ* 31 sedis *UFQ, corr. Qaex* 32 ipsam *Qe corr.* se non *Qx corr.* 32/33 confidunt *FQaewx* 34 caedere] uel ledere *Qe in mg.* 37 sedis *UFQ, corr. Qx*

iudicii; si quantum ad saeculi potestatem, ille a pontificibus et praecipue a beati Petri uicario debet cognoscere quae diuina sunt, non ipse eadem iudicare. nec sibi hoc quisquam potentissimus saeculi, qui tamen Christianus est, uindicare praesumit, nisi religionem forsitan persequentes.

Quid tamen dicerent, si non chartis suis in omnibus uincerentur? ineptias itaque suas sibi seruent, nisi resipiscunt potius cogitantes Christi uocem non esse superfluam, quae confessioni beati Petri apostoli inferni portas numquam praeualituras adseruit. quapropter non ueremur ne apostolica sententia resoluatur, quam et uox Christi et maiorum traditio et canonum fulcit auctoritas, ut totam potius ecclesiam semper ipsa diiudicet. sed cogitent magis, si quis in eis religionis est sensus, ne prauitatem suam nullatenus deponentes apud deum hominesque sedis apostolicae perpetua constitutione damnentur. sic autem dicitur fuisse definitum ut deinceps de negotio nihil dicatur quasi uel nunc eos, quemammodum nostis, meo duxerim nomine specialiter adloquendos. neque plane cum istis non corrigentibus ineunda congressio, quemammodum cum aliarum quoque haeresum sectatoribus dimicatio rennuenda. uos autem saluos et sospites quantocius huc reuerti continuis diuinitatem uotis expetimus.

Mt. 16, 18 348

INC EPIST SCI GELASI EPISC AD ANASTASIUM IMPERATOREM

8 Famuli uestrae pietatis filii mei Faustus magister et Irenaeus uir inlustris atque eorum comites publica legatione fungentes ad urbem reuersi clementiam uestram quaesisse dixerunt cur ad uos meae salutationis scripta non miserim. non meo, fateor, instituto, sed cum directi dudum de partibus Orientis uel uidendi me licentiam sibi uestris praeceptionibus abnegatam tota urbe disperserint, a litteris credidi temperandum, ne onerosus potius quam officiosus existerem. uidetis igitur non mea dissimulatione prouenisse, sed competentis fuisse cautelae, ne respuentibus animis molestias inrogarem. sed ubi serenitatis tuae beniuolentiam comperi praefatis indicantibus humilitatis meae clementer expetisse sermonem, iam re uera perpendi reputandum mihi non immerito, si tacerem, quia, gloriose fili, et sicut Romanus natus Romanum principem amo colo suspicio et sicut Christianus [cum] eum qui zelum dei habet, secundum scientiam ueritatis habere desidero et qualiscumque apostolicae sedis uicarius quod ubicumque plenae fidei catholicae deesse comperero, pro meo modulo suggestionibus oportunis supplere contendo. dispensatione etenim mihi diuini sermonis iniuncta uae mihi est, si non euangeli-

349 350 1 Cor. 9, 16

UF, Q [= *aetwx*]

1 illa *F* a² *om. F* 3 potentissimum *F* 6 resipiscant *F Qax corr.* 9 fulgit *F* 10 si *om. F* 11 hominisque *F* 12 *malim* dicatur 13 nouistis *Q, corr. Qa* 15 heresium *Qx corr.* renuenda *Qe, Qx corr.* quanto citius *F* 16 *subscr.* EXPLICIT *F* *subscr.* contuli *Qaetx*

8 *Gelas. ep. 12 Thiel*

UF, Q [= *aetwx*], *J*

17 EPLA PAPAE GELASI AD ANASTASIUM IMPRM *J* EPISC *om. F* 18 hirineus *F* uir inlustris *om. J* 19 reuersi sunt *F* 19/20 dixerunt quaesisse *J* quaesisse *U* 22 toto orbe *F* 27 natu *Qx corr.* suscipio *FJ* 28 xpianos *F* cum *UFQ om. J del. Qa* eo *Qe corr.* 29 quodcumque *Qa corr.* quod *om. J* plane *Qaex Qw corr., corr. Qa* 30 deesse aliquid *J*

zauero. quod cum uas electionis beatus apostolus Paulus formidet et clamet, multo mihi magis exiguo metuendum est, si diuinitus inspirato et paterna deuotione transmisso subtraxero ministerium praedicandi. pietatem tuam precor ne arrogantiam iudicet diuinae rationis officium. absit, quaeso, a Romano principe ut intimatam suis sensibus
351 ueritatem arbitretur iniuriam. duo sunt quippe, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas, in quibus tanto grauius pondus est sacerdotum quanto etiam pro ipsis regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem. nosti etenim, fili clementissime, quoniam licet praesedeas humano generi dignitate, rerum tamen praesulibus diuinarum deuotus colla summittis atque ab eis causas tuae salutis expetis hincque sumendis caelestibus sacramentis eisque, ut competit, disponendis subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam praeesse, itaque inter haec illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam uelle redigi uoluntatem. si enim quantum ad ordinem publicae pertinet disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione conlatum legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne uel in rebus mundanis exclusae ** uideantur obuiare sententiae, quo, oro te, decet affectu eis et conuenit oboedire qui praerogandis uenerabilibus sunt attributi mysteriis? proinde sicut non leue discrimen incumbit pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu quod congruit, ita his, quod absit, non mediocre periculum est qui cum debeant parere, despiciunt. et si cunctis generaliter sacerdotibus recte diuina tractantibus fidelium conuenit corda submitti, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus quem cunctis sacerdotibus
352 et diuinitas summa uoluit praeminere et subsequens ecclesiae generalis iugiter pietas celebrauit? ubi pietas tua euidenter aduertit numquam quolibet penitus humano consilio eleuare se quemquam posse illius priuilegio uel confessioni quem Christi uox praetulit uniuersis, quem ecclesia ueneranda confessa semper est et habet deuota primatem. impeti [non] possunt humanis praesumptionibus quae diuino sunt iudicio constituta, uinci autem quorumlibet potestate non possunt. atque utinam sic contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemammodum quod ab ipso sacrae religionis auctore praefixum est, non
2 Tim. 2, 19 potest ulla uirtute conuelli; firmamentum enim dei stat. numquidnam cum aliquibus infesta religio est quantumque * potuit nouitate superari et non magis hoc inuicta permansit quo aestimata est posse succumbere? desinant ergo, quaeso te, temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticae praecipitanter ambire quae non licent, ne et illa quae male appetunt, nullatenus apprehendant et modum suum apud deum hominesque non teneant. quapropter sub conspectu dei pure sincere ⟨pie⟩ pietatem tuam deprecor obtestor exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias; rogo,

---

UF, Q [= *aetwx*], *J*

1 paulus apostolus *F* 2 meduendum *F* expirato *F* inspirata Q^{x} *corr.* transmissa Q^{x} 3 pietatemque *J* 7/8 sunt reddituri *F* 8 praesideas JQ^{aex} *corr.* 9 dignitatem FQ^{t} 10 causas] causa sta *F* expetis JQ^{e} *in mg.* Q^{w} *corr.* expectis UFQ^{aetw} Q^{x} *corr.* expectes U^{corr} expectas Q^{ae} *corr.* Q^{x} inque JQ^{e} *corr.* 13 publicae *om. F* 15 humanis *J* *lacunam indicaui supplendo e. g.* parere uel a deo tibi permissae ore Q^{x} decet *del.* Q^{e} decet quo Q^{x} *corr.* et *J om. UFQ* 16 prorogandis Q^{e} *corr.* 17 discrimen] eis crimen Q^{x} *corr.* his] eos *J* 23 quamquam *F* 24 primatim *F* 25 non *UFQ om. J del.* Q^{aex} 29 quantacumque Q^{e} Q^{x} *corr., om. J* *lacunam indicaui supplendo* potentibus *uel simile quid* 30 desinent *F* 32 licet *F* 33 hominisque *F* pure et Q^{ex} *corr.* pie *addidi*

inquam, ut me in hac uita potius audias deprecantem quam, quod absit, in diuino iudicio sentias accusantem.

Nec me latet, imperator auguste, quod pietatis tuae studium fuerit in priuata uita; optasti semper fieri particeps promissionis aeternae. quapropter noli, precor, irasci mihi, si te tantum diligo, ut regnum quod temporaliter adsecutus es, uelim te habere perpetuum et qui imperas saeculo, possis regnare cum Christo. tuis certe legibus, imperator, pateris nil perire Romano nomini, nil ammittis ingeri detrimenti. itane uerum 353
est, princeps egregie, qui non solum praesentia Christi beneficia, sed desideras et futura, ut religioni, ut ueritati, ut sinceritati catholicae communionis et fidei temporibus tuis non patiaris quemquam inferre dispendium? qua fiducia, rogo te, illic eius praemia petiturus es cuius hic damna non prohibes? non sint grauia, quaeso te, quae pro tuae salutis aeternitate dicuntur. scriptum legisti: meliora sunt uulnera amici quam oscula ini- Prou. 27, 6
mici. quaeso pietatem tuam ut quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimentur. nemo pietatem tuam fallat. uerum est quod figuraliter per prophetam scriptura testatur: una est columba mea, una est perfecta mea, una est Christiana fides, Cant. 6, 8
quae est catholica. catholica autem ueraciter illa est quae ab omnium perfidorum atque ab eorum successoribus consortibus sincera pura immaculata communione diuisa est. alioquin non erit diuinitus mandata discretio, sed miseranda confusio, nec ulla causa iam superest, si hoc in quolibet contagio uoluerimus ammittere, ne cunctis haeresibus aditum ianuamque pandamus. qui enim in uno offenderit, omnium reus est et qui minima sper- Iac. 2, 10 Sir. 19, 1
nit, paulatim decidet. hoc est quod sedes apostolica magnopere cauit, ut quia mundo radix est apostoli gloriosa confessio, nulla rima prauitatis, nulla prorsus contagione macularetur. nam nisi ** ut deus auertat quod fieri non posse confidimus, tale aliquid proueniret uel cui iam resistere auderemus errori uel unde correctionem errantibus posceremus? proinde ** pietas tua unius ciuitatis populum negat posse componi. quid nos de totius orbis terrarum sumus uniuersitate facturi, si, quod absit, nostra fuerit praeuaricatione deceptus? si totus correctus est mundus profana patrum suorum traditione despecta, quo- 354
modo non corrigatur unius ciuitatis populus, si praedicatio fida succedat? ergo, gloriose imperator, ⟨non⟩ nolo ego ecclesiarum pacem, quam etiamsi ⟨non nisi⟩ cum mei sanguinis impendio prouenire posset, amplector. sed, precor te, cuiusmodi debeat esse pax ipsa, non utcumque, sed ueraciter Christiana mente libremus. quomodo enim potest esse pax uera, cui caritas intemerata defuerit? caritas autem qualiter esse debeat, nobis euidenter per apostolum praedicatur, qui ait: et caritas de corde puro et conscientia 1 Tim. 1, 5
bona et fide non ficta. quomodo, quaeso te, de corde erit puro, si contagio inficiatur externo? quomodo de conscientia bona, si prauis fuerit malisque commixta? quemammodum fide non ficta, si maneat sociata cum perfidis? quae cum a nobis saepe

---

UF, Q [= *aetwx*], *J*

3 fuerit et *J* 7 nihil *FJ* nihil *FJ* detrimenti *J*, *Qex corr.* detrimentum *UFQ* 8 non *om. J* 10 quae *F* 13 tui *J* 14 per *om. F* 17 earum *UQaewx*, *corr. Qaex* successoribus *om. J* 18 causatio *J* 19 hoc] autem *J* nec *UFQJ* 21 decidit *Qe*, *corr. Qe* decedit *F* sedis *UFQ*, *corr. Qaex* magno praecauit *U* magno praecauet *UcorrFQ* magnopere cauet *JQex corr.* 22/23 maculetur *J* 23 nisi *om. J* *lacunam indicaui supplere non ausus* 23/24 prouenire *F* 25 proinde si *Qe corr.*, *sed plura desunt* 26 -tate — prae- *om. F* 28 fidei *U corr Qe* fide *Qax*, *corr. Qa* 29 non *addidi* non nisi *addidi* 30 possit *J* 32 nobis *om. J* 36 societa *F*

iam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari et tamdiu non taceri quamdiu nomen pacis obtenditur, ut nostrum non sit, ut inuidiose iactatur, facere pacem, sed talem uelle doceamus qualis et sola pax esse et praeter quam pax nulla esse monstratur.

Eutychianum certe dogma, contra quod apostolicae sedis cautela peruigilat, si creditur salua catholicae fidei ueritate posse constare, promatur asseratur et quantislibet uiribus adstruatur, ut non solum per se ipsum quam inimicum sit fidei Christianae, possit ostendi, sed quantas et quam letales haereses in sua contineat conluuione, monstrari. si autem, ut magis confidimus, a catholicis iudicatis mentibus excludendum, quaeso te, cur non et contagia simul eorum qui hac probantur esse polluti, decernitis refutanda, cum dicat apo-
Rom. 1, 32 stolus non solum qui non facienda faciunt, reos uideri, sed etiam qui consentiunt facien-
tibus? proinde sicut non potest peruersitatis communicatore suscepto non pariter peruersitas adprobari, sic non potest refutari peruersitas complice sectatore peruersitatis ammisso. legibus certe uestris criminum conscios susceptoresque latrocinantium par
355 iudiciorum poena constringit nec expers facinoris aestimatur qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem foedusque receperit. proinde cum Calchedonense concilium pro fidei catholicae atque apostolicae ueritate communioneque celebratum damnauerit Eutychetem detestandi furoris auctorem, non satis habuit nisi ut pariter eius quoque consortem Dioscorum ceterosque percelleret. hoc igitur modo, sicut in unaquaque haeresi uel factum semper uel fieri non habetur ambiguum, successores eorum Timotheus, Petrus atque alter Antiochenus Petrus, ⟨non⟩ uiritim propter singulos quosque rursus facto concilio, sed [et] synodi semel actae regula consequenter elisi. quemammodum ergo non euidenter apparet etiam cunctos simili tenore constringi qui eorum communicatores et complices extiterunt, atque omnes omnino a catholica atque apostolica merito communione discerni? hinc Acacium quoque iure dicimus a nostro consortio submouendum, qui maluit in sortem transire perfidiae quam in catholicae et apostolicae communionis sinceritate constare, cum fere triennium, ne in id ueniret, apostolicae sedis epistulis doceatur competenter instructus. postquam uero communionis est factus alienae, non potuit nisi a catholicae et apostolicae mox societate praecidi, ne per eum, si uel paululum cessaremus, nos quoque uideremur subisse contagia perfidorum. sed re uera uel tali perculsus poena resipuit, correctionem promisit, emendauit errorem? aut ille tractatus lenius uoluerat coerceri qui etiam uerbera dura non sensit? quo in sua perfidia et damnatione
356 moriente tam eius in ecclesiasticam recitationem non potest nomen adscribi quam externae contagium non debet communicationis ammitti. quapropter aut doceantur ab haere-

---

UF, Q [= *aetwx*], *J*

1 tacere *J* 2 iactetur *UFQJ, corr. Q*x 3 est *J* propter *J* monstraretur *Q, corr. Q*ex monstretur *J Q*a *corr.* 9 haec *F* 10 non — non] qui non solum *UFQ* quia non solum qui non *J* 12 complice uel *Q*e *corr.* 13 conscii *UFQJ* par *JQ*e *corr.* pari *UFQ* 14 poena *om. J* constringi *Q, corr. Q*ae constringuntur *Q*x *corr.* 15 facientes *UQJ, corr. Q*ew familiaritate *UFQ, corr. Q*e in familiaritatem *JQ*x *corr.* 16 ueritatem communionemque *J* 17 eutichen tam *J Q*a *in mg.* 20 non *om. UFQJ, corr. Q*e uiritim *UF* singulariter nominatim unusquisque pro parte sua uiritim *QJ* in alio non erat *Q*a *in mg.* propter [per *superscr.*] singulos quosque *del. Q*a 21 et *UFQJ, del. Q*e regula *JQ*e *corr.* regulae *UFQ* regulis sunt *Q*x *corr.* elisi sunt *Q*e *corr.* 23 a *om. J* 28 catholica et apostolica *U corr* societatem *J* 29/30 percussus *J* 30 poena si *Q*a *corr.* respuit *Q*x perfidiam respuit *Q*x *corr.* 31 quia *F* 32 moriente *JQ*aex *corr.* morientem *UFQ* iam *J* ecclesiastica recitatione *J* 32 quia *J* 33 doceantur *J* doceatur *UFQ*

tica participatione sinceri quorum se ille communioni permiscuit, aut cum isdem non potest non repelli.

Sic autem susurrant Orientis episcopi quod ad eos sedes apostolica non ista conscripserit, quasi uel ipsi de recipiendo legitime Petro sedem apostolicam suis litteris fecerint certiorem uel huius receptionis inconditae non iam pariter complices extitissent qua nisi uirum possunt docere ab haeretica prauitate fuisse purgatum, ita se haereticorum nullatenus poterunt excusare consortes. qui si fortassis adstruxerint quod ad apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti consona uoluntate rettulerint, per eundem sibimet omnes pari uice sentiant fuisse rescriptum. apostolicae uero sedis auctoritas quod cunctis saeculis Christianis ecclesiae praelata sit uniuersae, et canonum serie paternorum et multiplici traditione firmatur. sed uel hinc uel utrum sibi quisquam contra Nicaenae synodi constituta quippiam ualeat usurpare, collegio potest unius communionis ostendi, non mentibus externae societatis aperiri. apud illos si quis confidit, egrediatur in medio et apostolicam sedem de utroque reuincat et instruat. tollatur ergo nomen e medio, quod ecclesiarum discretionem periculo catholicae communionis operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur et unitas, et tunc quis nostrum contra uene- 357
randam uel insurrexerit uel nitatur insurgere uetustatem, conpetenter et legitime perquiratur. et illic apparebit quis modesto proposito custodiat formam traditionemque maiorum, quis supra haec inreuerenter insiliens, quis rapina aequalem posse fieri arbitretur.

Quod si mihi populi Constantinopolitani persona praeponitur per quam dicatur nomen scandali, id est Acacii non posse remoueri, taceo quia et haeretico quondam Macedonio pulso et Nestorio nuper eiecto plebs Constantinopolitana catholica permanere delegerit quam in amore praesulum damnatorum ad defectionem retineri; taceo quod sub isdem ipsis damnatis praesulibus quibus baptizati fuerant, in fide catholica manentes nulla sint exagitatione turbati; taceo quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam uestrae pietatis auctoritas refrenarit atque ideo multo magis pro salute animarum suarum necessario uobis Constantinopolitanae ciuitatis obtemperet multitudo, si eam ad catholicam et apostolicam communionem uos principes reducatis. etenim, imperator auguste, si contra leges publicas aliquis, quod absit, quippiam fortasse temptaret, nulla id pati 358
ratione potuisses; ad diuinitatis puram sinceramque deuotionem ut tibi plebs subdi redigatur, conscientiae tuae non putas interesse? postremo si unius populi ciuitatis animus

---

UF, Q [= *aetwx*], *J*

1 sinceri *JQe corr.* sinceris *UFQ* sincerus *Qax corr.* 3 si *Qaex* sedis *UFQ, corr. Qaex* 4 repiendo *F* 5/6 qua nisi uirum *scripsi* quam si uerum *UFQ* quam sicut uere non *Qa corr.* quem quasi uere *Qx corr.* quem si uere *J* 6 possint *Qx corr.* 7 poterant *J* si *om. J* adstruxerunt *Q, corr. Qex* quod ad *Qe corr.* quo *UFQ J* quod *Qa corr.* quo ad *Qx corr.* 9 sentient *Qaex* 10 series *UFQ J, corr. Qae* 13 confidat *J* 14 utroque *JQae corr.* utrumque *UFQ* 15 discretione *F* periculo *scripsi* procul a *UFQ J* catholica communione *J* 17 insurrexit *J* 19 quis[2] *del. Qx* rapina se *Qx corr.* 20 quo *UQ, corr. Qex* proponitur *J* 22 in catholica *Qx corr.* 23 in amore *scripsi* amore *Quesnel* maiorum *UFQ J* ad defectionem *J* ad effectione [effectionem *Qaex*] *UFQ* deffectione *Qe corr.* affectionem *Qa corr.* affectione *Qx corr.* retinuerit *J* quod sub *scripsi* quos ab *UFQ* quod ab *J* 24 quibus *UFQ J conicio* qui manentes *JQaex corr.* manente *UFQ* 25 tace *F* populares *UFQaet* 27 obtemperet *J* obtemperat *UFQ* 29 aliquid *UFQ J, corr. Qe* quispiam *J, Qa corr.* 30 ad *J Qae corr.* ac *UFQ* subdita *Qae corr.* subdere *J* 30/31 redicatur *Qax corr. Qa* se dicatur *Qx corr.* dignetur *J*

non putatur offendi, ne diuina, ut res postulat, corrigantur, quanto magis, ne diuina offendantur, catholici nominis uniuersi piam fidem nec laedere debemus omnino nec possumus? et tamen idem nostra se poscunt uoluntate sanari. competentibus ergo sinant curari se posse remediis; alioquin, quod absit, in eorum transeundo perniciem cum illis perire possumus, ipsos uero saluare non possumus. iam hic quid sit magis sequendum, sub diuino iudicio uestrae conscientiae derelinquo, utrum, sicut nos optamus, simul omnes certam redeamus ad uitam an, sicut illi poscunt, manifestam tendamus ad mortem.

Sed adhuc apostolicam sedem sibi medicinalia suggerentem superbam uocare arrogantemque contendunt. habet hoc qualitas saepe languentum ut accusent medicos congruis obseruationibus ad salubria reuocantes quam ut ipsi suos noxios adpetitus deponere uel reprobare consentiant. si nos superbi sumus, qui animarum remedia conuenientia ministramus, quid uocandi sunt qui resultant? si nos superbi sumus, qui oboediendum paternis dicimus constitutis, qui refragantur quo appellandi sunt nomine? si nos elati sumus, qui diuinum cultum puro atque inlibato cupimus tenore seruari, qui contra diuinitatem quoque sentiunt, dicant qualiter nuncupentur. sic et nos ceteri qui in errore sunt, aestimant, quod eorum non consentiamus insaniae; ubi tamen spiritus superbiae ueraciter consistat et pugnet, ueritas ipsa iudicat. EXP̄ PAPAE GELASII AD ANASTASIVM PRINCIPEM.

INC̄ RATIONIS REDDENDAE ACACIVM A SEDE APOSTOLICA CONPETENTER FVISSE DAMNATUM

9 Dilectissimis fratribus uniuersis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius. Valde mirati sumus etc. *subscribitur in UFQ* EXPL̄ RATIONIS REDDENDAE ACACIVM A SEDE APOSTOLICA CONPETENTER FVISSE DAMNATVM NEC POSSE QUEMQVAM SINE DISCRIMINE ANIMAE SVAE EIVS COMMVNIONIS PARTICIPEM EFFICI = *Coll. Auellanae append. 1* [*p. 774—790*].

INC̄ DE EADEM RATIONE REDDENDA AD EPISCOPOS ORIENTIS

422 **10** Quid ergo? isti prudentes uiri et argutis mentibus totius religionis interna rimantes
423 in Orientis partibus constituti si cognouerunt huiusmodi personam in Antiochena ecclesia constitutam, cur communicando talibus praebuere consensum? cur non ilico reclamarunt, cur non se a tali contagio submouerunt, cum iam euidenter aduerterent ideo Kalen-

---

UF, Q [= *aetwx*], *J* [*usque ad* 18]

1 non *del. Q*^{x} diuina *JQ*^{x} *corr.* diuinae *UFQ* postulant *F* 2 debemus *JQ*^{ex} *corr.* debeamus *UFQ* possimus *F* 3 possunt *J* 4 perniciae *F* 5 ipso *F* hinc *JQ*^{a} *corr.* 9 languentium *J* 10 quam *om. J* adpetitos *FQ*^{aewx}, *corr. Q*^{aex} 14 purum *F* 17 GELASII PAPAE *J* 17/18 PAPAE — PRINCIPEM *om. F* 21 Dilectissimis — Gelasius *om. Q, add. Q*^{a}

10 *Gelasii ep. 27 Thiel*

UF, Q [= *aetw*]

28 constituta *F* 29 communicandum *UFQ* praebere *FQ*^{a}, *corr. Q*^{a}

dionem depulsum, ut haereticis panderetur introitus? quare hic nihil de synodo, nihil de re, nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? si uero illi se communioni uoluntarie subdiderunt, ab apostolica sede certe separati sunt, ⟨ut⟩ cum talibus et apud tales, etiam si esset necesse fieri, nulla posset omnino synodus prouenire. quod si ignorasse se dixerint qualis apud Antiochiam post Kalendionem successisset antistes, quid mirum si qui in Oriente positi quae in regione sua contigerint, scire nequiuerunt, ea quae apud apostolicam sedem gesta fuerant, ignorarent? cur tamen posteaquam ad eorum notitiam peruenit qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non eius consortia continuo respuerunt? quid excusationem de ignorantiae colore praetendunt, cum hodieque et manifestata contagia perfidorum et a nobis saepius exprobrata sectentur? quo satis apparet quia ne tunc quidem, etiam si cognoscerent, refutarent, quando nunc etiam publicata non rennuunt. prorsus in quamlibet se partem causationemque conuertant, manifestae ueritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi uerbis possint actibusque concludi nec nisi solam perniciem obstinatae perfidiae residuam uentilare. haec autem quae de Kalendione uenerabili dicta sunt, et in Iohannis Alexandrini conueniunt certa ratione personam; immo si causa eadem latius inquiratur, tantae illic tragoediae, tanti repperiuntur errores, ut si ipsi sint iudices qui eadem perpetrarunt, cum euidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent. palam enim illic aperteque monstratur nihil aliud quam quaesitam causam quemammodum catholico qualicumque depulso pontifice haeretico Petro reseraretur accessus. tunc istud nemo discutiebat, synodum nemo poscebat, passim omnia licito fieri a quibuscumque uidebantur, nullum discrimen rerum, nulla 424
examinatio postulabatur ecclesiae, sed prout de unoquoque uenisset in mentem, de suis urbibus catholicus pellebatur episcopus, non solum metropolitanus, sed etiam tertiae et secundae sedis antistites. in his nulla rerum uestigatio quaerebatur, nulla facienda concilia iactabantur. subrogabantur haeretici, nemo resultabat, sed uelut muta pecora in captionem ducta subditis uoluntatibus perfidiam sectabantur. non mirum quidem si nunc eos defendere moliantur quorum indiscussam caecis mentibus secuti sunt uilitatem; sed miramur cur eos non pudeat in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque pontifices nulla synodo fuisse depulsos. ⟨si⟩ in istorum reiectione de non inito concilio conqueruntur, cognoscant se cur non et hoc in aliorum reiectione quaesiuerint, accusari. si uero in ceterorum reiectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. an in catholicorum deiectione non fuit opus et fuit magnopere congreganda in praeuaricatoris damnatione confessi? quid igitur restat nisi ut dicant haereticos non fuisse? non ergo de synodo conquerantur qui se palam communionis externae perhibent sectatores.

Cur ergo eis synodus necessaria fuisse uideatur qui se contra Calchedonensem synodum uenire cognoscunt, qua Eutychianus error cum suis auctoribus generali ecclesiae uoce

---

UF, Q [= *aetw, x inde a* 24 in his; *quae praecedunt inde a* Coll. Auell. p. 789, 17 sed sicut, *folii defectu interierunt*]

3 certe] *superscr.* uel recte Q^e ut *addidi* 4 possit *F* 9 excusatione *F* 13 possint Q^t, Q^e *corr.* possent *UFQaew* 15 kalendionem *UF* 16 causam *F* 19 pontifici *UFQ, corr.* Q^e 22 pro *UQ, corr.* UQ^{ae} 24 antistes Q^a *corr.* 28—31 cum — accusari *om.* Q^x 29 sciant *om. F* si *Sirmond, om. UFQaetw* reiectionem *UFQaetw, corr.* Q^e 34 non[1]] nos *F* conqueruntur [conquiruntur Q^t] *Q* 37 quae *Q, corr.* Q^{aex} generali *Sirmond* generalis *UFQ*

damnatus est? nec dubium quod sicut in unaquaque haeresi, quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit Christianus, omnes conplices sectatores communicatores damnatae semel prauitatis pari sorte censentur, ideoque sit consequens ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores secundum illius tenorem synodi nulla re-
425 centi facta pontificum congregatione damnati sunt, sic et qui Petro communicauit Acacius ut criminis particeps, ita consors sit factus et poenae. quid igitur ambagibus et nebulis ista praetexunt, ut inpudentiam suam mentemque uesanam inanibus potius fabulis celare letaliter quam prodendo medicinaliter sanare contendant? nihil enim nobis commune cum hominibus communionis externae. ideo uocatur ad iudicium certe quaecumque persona, ut aut fateatur obiecta aut conuincatur obiectis. post confessionem porro litterarum tenore depromptam cur ad iudicium uocaretur Acacius? qua se confessus est Petro, quem petiit a ⟨se⟩ sedis apostolicae praeceptione damnari, [se] communione sociasse nec ei iam credi externae communionis effecto uel pro sua uel pro illorum uel pro Petri defensione [iam] posse, cui se prius miscuerat nefando consortio feceratque se cum eius causa sine dubitatione communem quam examinatione praemissa et legitima, si ita esset, purgatione suscepto regulariter misceretur. sed cum eodem nondum legitime discusso atque purgato communione sociatus quam adhuc reo se miscuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. nam cum Acacius nullo priuilegio fulciretur, ut de secunda
426 sede posset ferre iudicium, ⟨quo⟩ potuit iure damnare? simili modo nisi primae sedis auctoritate percepta nec examinandi Petri ius habuit nec recipiendi penitus potestatem. quo regulariter constituto nec apud nos Petro ullatenus absoluto quoniam damnasse nos nouimus, examinasse uel absoluisse nescimus, restat ut illud etiam demonstremus eundem Petrum quem se purgatum communione recepisse praetendit Acacius, numquam ab haereticae communionis contagio cessasse nec [non] solum ipso tempore quo communicauit Acacius, sed etiam post communionem praeuaricatoris Acacii semper Alexandrinum Petrum in haereticorum collegio perdurasse atque ita et per hunc Acacium perfidae communionis suscepisse contagium et per eandem illis haereticis quibus Petrus communicabat, eadem peste coniunctum. qui praesumpsit non seruato ordine Petrum suscipere nec examinatum eum nec cognoscitur recepisse purgatum et ideo praeter sedis apostolicae notitiam non legitimam sibi eius receptionem usurpare uoluisse, ut examinationem eius et purgationem posset pro sua uoluntate metiri atque eum nec examinatum nec reciperet omnino purgatum. quem si re uera uellet examinatum purgatumque recipere, ordinem in eius examinatione et receptione potius custodisset, [sed] ut uideretur magis quam ueraciter esset, iure purgari. sicut ergo ante non prius damnauit quam et referret et posceret apostolica potestate damnandum, sic et in recipiendo modum seruare debuisset, ut priusquam se ei communione misceret, per sedem apostolicam posceret et examinari

---

UF, Q [= *aetwx*]

, 1 quod[1]] quidem Q^x *corr.* 2 quod omnes Q^x *corr.* 3 fit Q^x *corr.* 10 confessione *F* 11 depromptа *UFQ, corr.* Q^{ax} depromptu Q^e *corr.* 12 petiit *Merlin* petit *UFQ* se *addidi* se *UFQ* a se Q^x *corr.* 13 effectum *F* 14 iam *del. Quesnel* posse Q^x *corr.* posset *UFQ* 15 causam Q^{aewx} commune *F* quam *Coustant* qua *UFQ* uel cui *superscr.* Q^e 19 quo *addidi* damnari Q^x *corr.* 21 quod *Q, corr.* Q^x quoniam *scripsi* quam *UFQ* quem Q^{ax} *corr.* 23 a se Q^x *corr.* communionem FQ^{aewx}, *corr.* Q^e 24 contagione *UF* nec] et Q^e *corr.* non *deleui* 28 quae *F* 31 suo *F* 33 sed *deleui* ut] et Q^x *corr.* 34 purgatus Q^e *corr.* 36 ei] et *F*

eum et legitima ratione purgari, cum nec examinandi aut recipiendi eum haberet ipse pontificium et non nisi per illius sedis auctoritatem consensumque hoc posset implere, [et] sine cuius auctoritate eum non potuerat ipse damnare et cuius principali diligentia et dis- 427
cuti potuit et purgari et ad communionem conuenienter ammitti. cum enim constet semper aut sedis apostolicae ⟨auctoritate⟩ huiusmodi personas aut discussas uel esse purgatas aut sic ab aliis quibus conpetebat episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex sedis apostolicae consensione penderet, ubi utrumque defuit, nec discussionem legitimam nec purgationem firmam ac per hoc receptionem fuisse constet indebitam.

Si tu absque mea communione Petrum iudicasti esse catholicum meque despecto tuo eum iure recepisti, quid causaris, si illum ego a communione mea, quam tu uoluisti contemptam, tamquam absque tua notitia uel consultatione reppulerim? uis adquiescere? meus es. non uis adquiescere? non es meus. qui enim mecum non est, contra me Mt. 12, 30
est, et qui mecum non colligit, spargit. quaero abs te, Petrum haereticum fuisse putes an catholicum an ab haeresi postea esse correctum? si haereticum, nullatenus eidem communicare debuisti et eidem communicando haeretici te manifestum est factum fuisse participem et eius consequenter ex synodi tenore ueniente damnatione constringi. si catholicum, palam totius dogmatis es defensor quod catholicum esse pronuntias, ac nihilo minus illius errore censeris. si haereticum fuisse definias, sed postea correxisse praetendas eique te purgato communicasse pronunties, interim in cuius persona me neglegendum esse credidisti, causari non potes quod in hac eadem te eius persona neglexerim; deinde cum sine me ius non habueris uel absoluendi uel recipiendi huiusmodi rite personam, [nec purgatam legaliter nec regulariter constat esse] quam regulariter non receptam, tam legaliter non constat esse purgatam et ideo non iure purgatam, quia legaliter non receptam. mea enim in illum mea manente sententia te sine me pontificium, ut meam sententiam resolueres, non habente, qua potestate uel discussus est uel qua auctoritate receptus adseritur? 428

Ecce interim in his causa uestra nutat et labitur et si haec sola sint, prorsus tota subruitur. sed adducit adhuc ⟨ad⟩ aliud quod ad cumulum uestrae conuictionis accedat. quid enim si doceatur non solum priusquam in eius communionem ueniretis neque tantummodo cum ad eius communionem uenistis, sed etiam postea in haereticorum nihilo minus eum communione durasse? nonne aut per illum apud uos communio perueniebat haeretica aut in haereticam communionem uos eius commercio transibatis? docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri umquam communione desisse et non usque ad diem cum Antiochenus Petrus in hac luce uersatus est, indiuiduum utrisque fuisse consortium. an dicturi estis et Antiochenum Petrum fuisse correctum? cur usque in finem se non communicasse gloriabatur Acacius? sed quid profuit quod illi per se ipsum communicare non uoluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum sine ulla se communicare putaret

---

UF, Q [= *aetwx*]

2 et *UFQ, del. Qex* 5 a sede apostolica *Qe corr.* auctoritate *Qx corr. om. UFQ* 8 constat *Qex corr.* 11 tuam *F* notitiam *UF* consultatione *Qaex corr.* consolatione *UQ* consolationem *F* 14 putes *Ucorr Qw corr.* putis *UFQ* putas *Qaex corr.* 15 idem *UFQ, corr. Qaex* heretico *Ucorr* 21/22 persona *F* personam quam *Qx corr.* 22 nec — esse *deleui* 24 recepta *F* 25 habent *F* 28 adducitur *Qex corr.* ad *addidi* conuinctionis *F* 29 ueneritis *FQa* 31 eum] cum *FQaw, del. Qa* apud] ad *Qe corr.* 32 transibatis *Qx* transiebatis *UFQaetw Qx corr.* 35 cur] uel cui *Qe in mg.*

inuidia ? quid facimus de tot tantisque ciuitatibus ex quibus catholici pontifices sunt repulsi ? si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt reiecti ? sed euidenter apparet quia cum catholici sunt reiecti, non catholici fuerunt subrogati. restat ut catholicis haeretici quicumque successerint. cur eis temere communicastis ? cur non ut ista noua facies
429 rerum et tanta tragoedia de pontificum successione uiuentium synodo discuteretur, egistis ? an de uno dolet Acacio quod speciali synodo non fuerit confutatus, cum proprium crimen suis litteris ipse detexerit nec audiri debuerit iam sponte confessus, et de tantis pontificibus catholicis non dolet sine ulla discussione seclusis ? qui utique si catholicos nossent eos quorum communionem uitauerant, his potius communicare maluissent quam non communicantes eis dura persecutione depelli. ecce tanti catholici sacerdotes hoc ipso se indicant quid apostolica sedes censuerit, cognouisse constanterque probasse retinendum, quo communionem catholicam reseruantes et eos qui apostolicae sedi communicarent, elegere consortes et illos quibus sedes apostolica minime communicaret, usque ad persecutionis incursus timuere consortes.

Certe quae sedes apostolica decreuerat, Orientalibus episcopis non innotuisse iactatur. unde ergo tot tantique pontifices unum idemque cum sede apostolica sentientes eamque probantes apta religioni sacrosanctae ueraque sanxisse, quae non solum sequenda sibi iudicauerint, sed etiam usque ad persecutionem uiriliter exerenda ? ecce habuistis qui apostolicae constitutionis et notitiam uobis ingererent et retinendi constantiam ministrarent. si apostolica sedes misisset, uix duo aut tres dirigere potuerat; ecce tot pontifices apostolicae sedis scita sectantes ingerunt uobis notitiam et praebent seruandae ueritatis exempla. qui contra tantos clausistis oculos ibidem constitutos, quomodo duos uel tres audire possitis ? hoc ipso sine dubio cognouistis illos apostolicae sedi placere quo uos displicere uidebatis. aut illos ergo sectamini per quos intellegebatis sedis apostolicae uoluntatem, aut nihil est quod de ignorantia uelitis obtendere, cum indiciis tantis et talibus abutentes sedis apostolicae constituta tantis testimoniis praedicantibus non solum ** respuere potius quam recipere maluistis. numquid omnes isti quos memoramus episcopi imperatori mentiti sunt ? numquid omnes imperatoris nomen ex diptychiis abstulerunt ? cum igitur
430 pellerentur et uiuis pontificibus catholicis successores haeretici crearentur et non de inferioribus quibusque ciuitatibus, sed etiam metropolitani pontifices in catholica iugiter communione durantes, cur [igitur] conpassi non estis tantis fratribus uestris ? cur non adistis imperatorem ? cur non ecclesiae causam et sacerdotii miserabilem decolorationem continuatis uocibus defleuistis ? allegantes numquam de pontificibus nisi ecclesiam iudicasse; non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque ecclesiae principaliter constitutis pontificibus; obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiae, non suam praeponere potestatem; episcopis caput subdere principem solitum, non de

---

UF, Q [= *aetwx*]

1 inuidiam *F* 4 timere *F* 5 pontificium *U* 6 fuerit] confuerit *F* 8 catholicus *F* 10 huc *Q, corr. Qaex* 11 sedis *UFQ, corr. Qaex* uel renitendum *Qe in mg.* 13 sedis *UFQ, corr. Qaex* 14 incursos *UFQ, corr. Qaex* timuere *scripsi* tenuere *UFQ* renuere *uulgo* 15 sedis *UFQ, corr. Qax* orientali *F* 17 aptae *UFQ, corr. Qex* uereque *Qt* 18 iudicauerunt *Qe corr.* 19 ingereret *F* 20 sedis *UFQ, corr. Qaex* duos *Qaex corr.* 20/21 apostolica *F* 23 possetis *Qaewx* 25 uel ualeatis *Qe in mg.* 27 *lacunam indicaui e. g. supplendo* nouistis sed etiam 31 igitur *del. Sirmond* 32 causam] uel casum *Qe in mg.*

eorum capitibus iudicare. quibus ecclesiae conciliis, qua synodo pellerentur; quid denique commisissent, ut sine ulla discussione rerum tot ecclesiarum praesules pro humano libitu et saecularis potestatis arbitrio pellerentur. inauditos indiscussos inconuictos non debere percelli, maxime cum nouae causae et noua rerum facies appareret, ut rectores isti plebium repentinis incursionibus pro mundanae potentiae uoluntate sacris dignitatibus priuarentur. ex nulla ueteri causa, ex nullo collegio reatus nec participatione cuiuslibet erroris iam ante damnati teneri eos conuincique consortes, ut tamquam ex praeterita definitione iudicarentur obstricti, et ideo, quia nullis ante praecedentibus causis recentes essent cur eicerentur, incursus qui illi essent, debere monstrari et ecclesiasticis legibus, ut semper, oportere constare. saltim uel pro uestro loco illorum duceretis miseriis consulendum formidantes in uobis quod in aliis cerneretis praeter illum morem uiolenter ammitti. si crimine respersi erant aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci. taceo et 431
ad sedem apostolicam ex more deferri, ne nostra priuilegia curare uideamur; satis sit ostendere quid secundum regulas et patrum canones facere deberetis, praecipue cum etiam ipsae leges publicae ecclesiasticis regulis obsequentes tales personas non nisi ab episcopis sanxerint iudicari. si uero de qualibet haeresi fuerant impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere qui et secundum religionis tenorem possent ista discutere et haberent pristinum, ex quo est Christiana religio, pontificium iudicandi. aut catholici enim erant aut haeretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur et latrocinia detestanda saeuiebant. si haeretici, prodi discuti et legitime conuinci modis omnibus debuerant uel suis confessionibus uel aliorum uocibus confutati. taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum tantumque commoneo quid fieri ecclesiastico iure conuenerat. si uero catholici probabantur, uos, qui non solum in eorum depulsione cessastis, sed etiam subrogatis communicare delegistis, indubitanter haeretici, qui depulsis catholicis ⟨haereticis⟩ succedentibus non ignorastis causam fidei communionisque catholicae per tantos antistites toto orbe patefactam, sed plane scientes uolentesque sine ulla discussione rerum, sine ulla synodali examinatione, sine ulla sedis apostolicae reuerentia adsensistis haereticis, libenter habentes patienterque sinentes catholicos antistites inaudita prius et miserabili sorte detrudi. quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad apostolicam sedem secundum scita maiorum et sicut semper est factum, referre debuistis, sicut de Petro Alexandrino uel de Antiocheno Petro [de] Iohanne Paulo fecisse 432
monstratur Acacius. sed quoniam noueratis eos cum apostolica sede sentire et quid sedes apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat Orientales antistites nullatenus ignorasse, et per illos ** catholicae atque apostolicae communioni prodisse contrarios et ab eadem defecisse, cum non illis estis passione coniuncti, sed potius persecutoribus eorum societate conexi. hic uobis synodus numquam uenit in

---

UF, Q [= *aetwx*]

6 participatio *UFQ, corr. Qx* 7 tenere *F* 8 qui *F* 10 saltem *Qaex corr.* 11 ullum *Qx corr.* 12 aliquo *Qae corr.* aliquod *UFQ*, aliqua id *Qx corr.* 15 legis *F* 21 confutati *scripsi* confutari *UFQ* 22 consuetudinem *F* 24 subrogastis *Q, corr. Qae* 24 haeretici *Sirmond* hereticis *UFQ* 25 haereticis succedentibus *scripsi* succedentibusque haereticis *Quesnel* succedentibus *UQ* succidentibus *F* 26 patefactum *F* uolentisque *F* 29 quod *F* 31 de[3] *deleui cf. p.* 17, 18 32 quoniam *UQ* qui *F* sedis *UFQ, corr. Qex* 34 *lacunam indicaui e. g. supplendo* constat uos

mentem et certe de personis, ut dictum est, nulla ueteris ⟨erroris⟩ lege constrictis; hic nullo [concilio] non unius urbis uel unius episcopi, sed totius Orientis ecclesiam subiit animum uestrum facto sacerdotali concilio debere curari. sed homines qui in contrariam partem toto proposito et toto recciderati affectu, concilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur quo uobis rebus euidenter ostensis et legitime confutatis in haereticorum non liceret uenire consortium.

Quid igitur de ignorantia praetenditis, cum per totum Orientem catholicam fidem communionemque sinceram sedi apostolicae congruentem non solum cognouisse tot pontifices uidebatis * etiam usque ad extremum constantissime defendisse? si nos non audieratis quid de fide et communione catholica atque apostolica censeremus, illos aspicere debuistis et aut sequi, si credebatis esse catholicos, aut apud apostolicam sedem potius
433 accusare, si credebatis errasse. quid illos ** uel suo proposito illam tenuisse sententiam an cognoscendo quid sedes apostolica definiret? [et] aut igitur collegas et fratres de proximo in conspectu uestro uel catholicos sequi debuistis uel inpetere si credebatis errare, nec illis a quibus nullo discrimine uexabantur, praebere consensum, donec ueritas ex omnibus patefacta constaret et regulariter de eis ecclesiastici iudicii forma procederet; sin uero sedis apostolicae regulam subsequendo perspiciebatis illos hanc tenere constantiam, consequenter per illos et quid nostra definitio contineret, non habuistis incertum et illorum persecutoribus adnuendo a sedis uos apostolicae non ignorantes eius sententiam consortio retraxistis. et adhuc dicitis ignorasse uos quid sedes apostolica censuisset, cum illis sacerdotibus catholica fide et communione * nolentibus non uerbis aut litteris, sed personis praesentibus didiceritis uniuersa et ab eadem uos proprio iudicio separasse uideamini.

Ecce agnouerunt in eorum professione qui constantissime perdurarunt, quid fidei communionique catholicae deberetur. ecce agnouerunt quemammodum a talibus recedendo, immo talibus contraria moliendo a fide et communione catholica deuiarit Acacius seque pariter cum eodem errori subdiderint. ecce agnouerunt quam iustis ex causis pro fide et communione catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea perstiterant, congruebant et illi qui perstantibus obuiabant, ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicae auctoritate sit remotus Acacius eiusque pariter quicumque conplices extiterunt, atque ab illa merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus a catholicis pontificibus discrepando cognoscitur separasse iureque sententiam ille damnationis excepit ceteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis consortibus in

---

24—p. 31, 17 *repetita sunt ex tractatu 7 = Coll. Auell. p. 788, 11—789, 21*

UF, Q [= *aetwx*]

1 ueteris erroris *scripsi* ueteris *UFQ* ueteri Q^e *corr.* 2 concilio *deleui* uerbis *F* 3 hominis *F* 5 uobis] uel nouis *superscr.* Q^e 6 licere *UFQ, corr.* Q^{ex} 7 praetendetis *F* 9 etiam *UFQ* sed etiam Q^x *corr., sed nescio an plura exciderint* 12 *lacunam indicaui, e. g. supplendo* interest uel proprio affectu 13 sedis *UFQ, corr.* Q^{ax} et *UFQ, del.* Q^e 18 incertam *UFQ, corr.* Q^{aex} 20 qui *F* sedis *UQ, corr.* Q^x 21 ab illis Q^x *corr.* catholicam fidem et communionem Q^x *corr. lacunam indicaui e. g. supplendo* discedere nolentibus *UFQ, superscr.* siue pollentibus Q^e *corr.*

24 perdurarint *UQ, corr.* Q^e 26 deuiaret *F* 28 perstiterunt *F* 29 alienis *F* 30 illam *F* 31 a *om. Coll. Au.* p. 788, 22

communionem se reccidisse perfidiae ad apostolicam sedem missis litteris est professus. cui si communicarant Orientales episcopi antequam huc referret, pari utique reatu sine dubio probabantur inuolui iureque per illum transgressionis sententiam susceperunt tamquam facti cum eodem communionis externae, qui utique non consuli tamquam nostrae communionis homines iam deberent, sed tamquam in contrario positi consortio refutari. si uero non communicauerant antequam Acacius huc referret, et communicantem notare debuerant et ipsi de eodem potius huc referre[nt] atque apostolicae sedis uigore perculsum merito comprobare[t] cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. sed quia ab illorum societate desciuerant et eorum successoribus communicare delegerant, ideo cum sede apostolica minime congruebant, quia in sortem recciderant praeuaricatoris Acacii et illius se sine dubio peruidebant sententia consequenter adstringi. ob hoc eum uideri nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem praeuaricatione damnatos in qua hodieque manere persistunt. sed sicut hi simili condicione constricti complicem suum non possunt iudicare non iure damnatum neque rei reum possunt competenter absoluere, sic illo iuste praeuaricatore damnato isti quoque pari iacent damnatione prostrati neque nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolui.

Et adhuc dicitis synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis. quibus autem uultis ut de talium causarum relatione credamus? catholicis an haereticis? ab omni haereticorum contagione discretis an haereticorum communione pollutis? quis autem non uideat illos esse catholicos et ab omni haeretica peste prorsus alienos qui propriis urbibus detrusi et in exilium sunt redacti, et eos qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse?** sed aut Eutychiani manifesti aut eorum sectatoribus communicantes.

Haec pestis apud eos hodieque perdurat, si quidem et cum Petro Alexandrino et cum Antiocheno Petro indifferenter hi qui catholicis successerant, communione permixti sunt et 434
successoribus utriusque Petri hodieque miscentur. his adde etiam illos qui licet catholicis non successerint, sed dum catholici pontifices haberentur, talium se communione iunxerunt. haec illa mixtura, haec est illa confusio qua per Orientem totum inter catholicam haereticamque communionem nulla discretio est, immo qui discerni temptauerit, potius habetur haereticus, persecutione percellitur, exiliis et afflictione multatur. restat ergo ut in hac conluuione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, sincerae

---

UF, Q [= *aetwx*]

2 communicauerant *ibid.* p. 788, 27 referrent *UFQ, corr. Qa* utrique *F* reatus *UFQ, corr. Qaex* 3 probabuntur *F* probantur *Qex, corr. Qx cf. l. c.* p. 789, 1 7 referrent *UFQ, idem uitium habetur l. c.* p. 789, 8 8 comprobaret *UFQ* comprobarent *Qaex corr.* ea] a *F* eadem *Qx corr.* 9 teneret *Qaewx* tenerent *Qex corr.* desciuerant *l. c.* p. 789, 11 disciderant *F* descederant *UQatw* discederant *Ucorr. Qx* discesserant *Qx corr.* decederant *Qe* deciderant *Qe corr.* 11/12 sententiam *F* 15 adsoluere *F* 16 potuerunt *F*

23 *lacunam indicaui e. g. supplendo* neque enim Acacius et qui cum eo communicabant, catholici putabantur esse 24 euthycianos manifestos *Qe corr.* euthyciani sunt manifesti *Qx corr.* 29 confessio *Qaewx, corr. Qe* oriente *UFQ, corr. Qaex* 30 temptauerint *F*

communionis et ideo catholicus comprobatur, ita quisquis illius detestandi commercii particeps inuenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica sit remotus. nec praetendat quisquam quod alicui forsitan euidentiori non communicasset uel communicare uideatur haeretico. quid enim iuuat, si illi non communicet et his tamen communione iungatur qui ab illius non sunt communione diuersi? quod si eorum nulli communicauit uel non omnino communicat, hic erit ille sincerae catholicae apostolicaeque communionis et fidei; alioquin nullo modo poterit indiscretae illius mixtionis insincerum uitare contagium. hoc modo etiam ille uir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare iactabat, per alios sine ambiguo communicasse detegitur. neque enim ab omnium qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communione suspendit. ac per hoc quid profuit, quod uideri uolebat illi palam non communicare cui per suos complices subsiciuae communionis nectebatur? Alexandrino Petro communicauit Acacius, sed donec aduixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino foedus initum defunctus ostenditur, numquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiuit, quod catholicorum continet relatio sacerdotum ceterorumque in catholica fide durantium nec conscientiam latere potest totius Orientis. et ut taceam quod per ipsum Zenonem imperatorem [qui] utique Antiocheno Petro, quem introduxerat et cuius sacerdotium comprobauerat, sine dubio com-
435 munione permixtus communicabat Acacius, plurimos diuersarum urbium praesules possumus demonstrare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nihilo minus communicabat Acacius et per illos Antiocheno communicabat consequenter et Petro. sed haec apud Graecos facilis et inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est ueri falsique discretio et ⟨dum⟩ cum omnibus reprobis uolunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per paenitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a sede apostolica poposcit Acacius, ac per hoc quid queruntur a nobis Acacium fuisse damnatum, cum hac professione praemissa et per anfractus Antiocheni Petri recepta communione se doceatur ipse damnasse? ubi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes pontifices Orientis qui pari modo in haec reccidere contagia, meritoque simili damnatione teneantur obstricti nec inde possint ullatenus expediri, nisi, dum supersunt, a talibus abstinendo. nec nos oportet in talibus causis nisi illis credere, qui aut omnino se sciunt ab huius perfidiae nexibus diuino beneficio seruare discretos, aut [ab his] qui a perfidorum consortio recesserunt. nam in perfidorum contagio constitutis quam fidem pro sincerae communionis testificatione possumus adhibere, qui in insincera communione sunt positi? nec eorum testimoniis niti pro ueritate poterimus, qui inpugnare nituntur falsitatibus ueritatem. restat ut non nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi. EXPL RATIONIS REDDENDAE

UF, Q [= *aetwx*]

2 sinceram *F* 12 subsiue *F* 14 acacium *F* 16 et eorumque *F* 17 qui *deleui* 21 anthioceno Q^{x} *corr.* anthiocenos UQ^{atx} Q^{e} *corr.* antiochenus *FQew* 22 faciles et inculpabiles *F* 23 dum *addidi* 27 anfractos *UFQ*, *corr.* Q^{aex} 29 contagio *F* tenentur Q^{x} *corr.* 30 possunt Q^{x} 32 ab his *UFQ*, his Q^{e} *corr.*, *deleui* 34 in insinceram *F* earum *Q*, *corr.* Q^{ex} 36 quia *F* 36/37 EXPL — REDDENDAE *scripsi* EXEMPL RATIONIS REDDENDAE *haec inscriptioni quae sequitur adiungendo U* EXPLIC *F om. Q* contuli *subscr.* Q^{twx}, *del.* Q^{x}

BEATI GELASII PAPAE DE VITANDA COMMVNIONE ACACII MISSA AD ORIENTALES EPISCOPOS

11 ** post quingentos annos constituta Christi eos uelle subuertere, cum triginta an- 287
norum lex hominum non possit abrumpi. sanctum Athanasium ideo non fuisse damna- 288
tum a synodo Orientis, quia sedes ista non consenserit; sanctum Iohannem Constantinopolitanum, sanctum Flauianum ** si ergo ea non consentiente sola qui damnati sunt a synodo Orientis, non potuerunt esse damnati, consequens est ⟨ut⟩ etiam sine synodo qui eadem sola damnante damnatus fuerit, damnatus sit. postremo si nulla est eius solius sententia, quid tantopere cupiunt hanc resolui ** testimonio Acacii ubi confirmat Timotheum catholicum de damnatione Petri rettulisse ad utramque Romam, ubi ab haeretico fuisse ordinatum, hoc est complice insaniae suae, ubi dicit ut propter hoc maioribus suppliciis subderetur, itaque non ut in sequestri esset, quod nunc praetenditur, sancto, cum obisset, Timotheo subrogandus. qui pro sceleribus suis, quae rettulit eius acacius suppliciis subditus est; nemo autem ad honorem reseruatum dignum asserit esse suppliciis.

Imperator Timothei catholici electioni cuncta permisit. necesse est igitur ut sequatur quod ille constituit et dixit catholicum a catholicis ordinatum. falsum est ergo quod in sequestri dicitur constitutus, ut eidem subrogaretur cui numquam communicauit et a 289
quo postulatus est longius debere relegari.

Si iurauerat Iohannis non se futurum episcopum, quomodo tu mandasti dignum esse cui maiora committerentur quae ad gubernationem ecclesiae pertinerent? supra presbyterum quid est maius ad ecclesiae gubernationem nisi episcopatus? si iurauerat, quomodo hoc mandas? et si iurauerat, cur illum exposuisti ut fieret contra quod iurauerat, aut si factum est quod mandasti, quid irasceris? quid illum tibi dicis peierasse cum factum sit quod se non iurauerat esse facturum, cum tu eum hoc fieri debere mandaueris? apocrisarius erat, omnia ad ipsum pertinebant, omnia ecclesiae ipse curauit, potior illo inter clericos Alexandrinos nullus habebatur, honore presbyter erat: supra quid ei adderetur ad gubernationem ecclesiae? quid ei amplius adiceretur nisi episcopatus? tu igitur eum episcopum esse uoluisti, qui eum supra quam erat (nec aliud restabat nisi ut esset episcopus) esse debere mandasti.

Miror autem si necessitatem patitur imperator ne pellat Petrum, et unum hominem necessitatem perpeti non potuisse contendat ut fieret quod nolebat, inuitus. nam et ipse imperator cum necessitatem praetendit, malum esse definit quod necessitate facit, docens se hoc nolle facere uoluntate et pati testatus inuitus.

Si personam Petri excusandam putatis, probamus noxiam haereticam atque damnatam; si in sequestri fuisse praetenditis propter scandalum Timotheo catholico subrogandum,

---

11 = *Gelasii ep. 1 Thiel. primus edidit Scipio Maffei in Supplemento Acaciano et Conciliorum Collectione Coletiana, repetiit editionem in Historiae Theologicae appendice quae prodiit Tridenti a. 1742. iterum ex codice edidit Bianchini in Sirmondi opp. IV p. 553 sq. Venetiis 1728*

U

3. 6. 9 *lacunas indicauit Maffei* 5 sedis *U* 7 ut *addidi* 11 complicem *U* 12 sequestris *U* 13/14 eius acacius *corrupta, conicio* ⟨Timoth⟩eus Acacio 18 constitus *U* 31 patitur] *coniecerim* pati testetur 34 testatus *scripsi* testatur *U*

290 nec Acacii hoc scripta testantur, qui dicit euidenter cur fuerit exclusus, nec imperatoris, qui et Timotheo catholico quae statuisset, mansura esse promisit (a cuius fuit Petrus communione discretus et a quo postulatus est longius debere relegari atque huc pariter et Constantinopolim relatus, sicut etiam testatur Acacius, a sancto Proterio ⟨in⟩ diaconio fuisse damnatus) et catholicum a catholico creandum praestituerat, non Petrum, qui erat haereticus, tamquam in sequestri positum subrogandum, a quo ordinati nisi ad communionem sancti Timothei reuertissent, iussi sunt sine dilatione damnari. qui si dicitur postea fuisse correctus, interim hoc ipso in errore hactenus iacuisse monstratur nec debuisse catholicis praefici post errorem, a quibus est de errore correctus. itaque uenia dignus fuerat, non honore et maxime ab haereticis ordinatus nullam episcopalis dignitatis prorsus habere substantiam.

Quod si negatur, et testimonio uincuntur Acacii et rerum ratione monstrabitur quia cum Timotheus haereticus cum suis complicibus damnaretur, hic ⟨qui⟩ comes eius fuit et cum eodem usque in eius finem perdurans, a Timothei sit sequacibus institutus. quaerendum denique si usque ad diem obitus sui sancto Timotheo communicauit, quod si factum non est, inter eos erit sine dubio quos imperator dixit a communione catholici Timothei discrepantes, nisi ad eius communionem intra duos menses gratiamque remeassent, in perpetuum esse damnatos.

Ridendum autem quod quidam ab eodem Timotheo catholico Petrum asserunt ordinatum. nam uiuus illum se superstite nullatenus ordinauit, ad cuius numquam communionem prorsus accessit, quem poposcit, ut dictum est, etiam longius relegari, nec sibi superstiti sacerdotem superordinare potuerit. ipsi uiderint si illum mortuus ordinauit. tempore autem quo Petrus inuasit ecclesiam, sanctus Timotheus in Alexandria non erat nec se extante pontificem, sicut dictum est, poterat ordinare, sed potius Petrus nefande omnia agens superstite Timotheo legitimo sacerdote episcopatus sibi ausus est nomen imponere. nec hoc quilibet catholici tunc fecerunt, qui utique omnes cum Timotheo sentiebant eique communicabant, sed unus complex insaniae Petri, sicut iam testatur
291 Acacius. nec enim poterant catholici, qui Timotheo haeretico non communicauerant, qui Timotheo catholico communicabant, superstite et eo catholico, quem nossent legitimum sacerdotem, uel superducere alium uel haereticum consecrare. unde apparet eum ab haereticis ordinatum et ideo catholicae ecclesiae praesidere non posse, quia prorsus hoc abominandum nefandumque iudicetur ut qui diu in perfidia uolutarit, fidelium ceruicibus imponatur. quod si ammittitur, potest et de aliis haeresibus passim similiter cuicumque permitti, quod nulla umquam exempla, nullae regulae, nullae leges ecclesiasticae patiuntur imponi.

Sed inquis eum fuisse correctum. interim, ut supra iam dictum est, hoc ipso haereticum fuisse monstrabis, qui etiam si damnata haeresi se ad fidem catholicam dicitur contulisse, subdi debuit catholicis, a quibus correctus est, non praeesse. non est enim discipulus supra magistrum satisque erat ut correctionis suae subiectus praeberet exemplum,

---

U

4 in diaconio *Maffei* diacono *U* 5 praestituerat *scripsi* praestituerit *U* 6 posito *U* 9 ueniam *U* 13 qui *addidi* 17 remeasset *U* 18 esset damnatus *U* 20 superstitem *U* 24 pontifice *U* 29 superstitem *U* 32 uolutarent *U* 33/34 cuicumque *scripsi* quicumque *U*

non post diuturnum errorem longamque perfidiam, a quibus emendatus est correctusque, dominari.

Tum deinde quaero quid erroris damnauerit, quid rectae confessionis elegerit et quam petit esse falsam, quam ueracem fidem. qui si definitam apud Chalcedonam fidem et catholicam ⟨communionem⟩ sequitur, cur eis communicat qui duarum naturarum in Christo nullatenus recipiunt ueritatem? cur Dioscorum, cur Timotheum haereticum recitari facit? cur quicumque inde ueniunt, synodo Chalcedonensi aduersa defendunt? quibus Petrus sine dubitatione communicat; si autem magis talium fidem ueram esse pronuntiat, apparet satis quam de suo sit errore conuersus.

Sed non miror correctum dici, cum in sua peruersitate permaneat, quando non constat ⟨quomodo⟩ et a quo uel correctus fuerit uel receptus. siquidem ecclesiae regula uetusque traditio nota sit omnibus: ab episcopo enim prouinciae suae, id est secundae sedis antistite eum uel discuti uel recipi conuenisset. qui tamen Alexandrinus antistes etiam si prauitate damnata eum recipiendum esse iudicaret, non prius hoc faceret quam ad sedem apostolicam rettulisset. docent hoc catholici gesta Timothei aliorumque exempla 292
multorum, qui acceptis libellis haereticorum, in quibus ueterem se damnare profitentur errorem, non prius receptionem eorum communionemque confirmant quam ad hanc sedem satisfacientium gesta dirigere atque hinc poscere, sicut factum est, debere firmari. quaero, inquam, quis istum discusserit quisue susceperit quisue reconciliauerit, quis ad communionem catholicam intrare permiserit. ubi interim taceo quia haec omnia paenitentis sunt utpote et haeretici et ab haereticis ordinati, quem sine ambiguo et constat errasse quo nunc perhibetur esse correctus. alia est enim uenia sub terrore lapsorum, alia spontaneae prauitatis electio.

Si Acacius hunc recepit, quo iure, qua regula? cum nec pontificii ipsius esset hoc facere nec ad me uoluerit haec referre, immo cui ne id faceret, saepissime contradictum est et magnopere delegatum ut eum longius ab Alexandria faceret sacerdotali et catholico iure nostra suggestione depelli. cur praesumpsit quae uetui, et quae sunt iniuncta, calcauit?

An imperator illum discussit atque suscepit? constat interim illum ecclesiasticis regulis non receptum; ab ecclesiastica igitur regula receptio eius omnis aliena est. quod si dixeris: sed imperator catholicus est, salua pace ipsius dixerimus: filius est, non praesul ecclesiae. quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere. habet pri- 293
uilegia potestatis suae, quae amministrandis publicis rebus diuinitus consecutus est; at eius beneficiis non ingratus contra dispositionem caelestis ordinis nil usurpet. ad sacerdotes enim deus uoluit quae ecclesiae disponenda sunt, pertinere, non ad saeculi potestates, quae si fideles sunt, ecclesiae suae et sacerdotibus uoluit esse subiectas. non sibi uindicet alienum ius et ministerium quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrupte a quo omnia constituta sunt, et contra illius beneficia pugnare uideatur a quo pro-

---

U

4 petit] *conicio* pronuntiarit 5 communionem *addidi* communicant *U* 11 quomodo *addidi* 12/13 antistitem *U* 14 iudicarent *U* facere *U* 15 rettulissent *U* 17 receptione *U* 18 dirigerent — poscerent *Maffei* 22 quo *U* qui *Maffei* 25 facere *U* 27 iure *Maffei* uice *U* quae sunt *Maffei* quaerunt *U* 33 at *scripsi* et *U* 37 uim dicet *U*

priam consecutus est potestatem. non legibus publicis, non a potestatibus saeculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens deus Christianae religionis et dominus sacerdotes uoluit ordinari et discuti recipique de errore remeantes. imperatores Christiani subdere debent exsecutiones suas ecclesiasticis praesulibus, non praeferre.

Nulla ergo nec certa discussio est nec manere ⟨potest⟩ ista susceptio eius quem ecclesia suis legibus [nec] ordine competenti nec discussit omnino nec communione restituit. ideoque quia potius errori eius communicauit Acacius catholicamque fidem ei prostituit quam illum ad communionem catholicam reuocauit (cuius enim non est ordinata receptio, sequitur ut in errore permanserit), Acacium quoque a nostra communione submouimus, ne per eum etiam nos Petro nulla ecclesiae regula discusso atque suscepto et ideo in pristino errore duranti communicasse dinosceremur. quomodo autem non reus citatur
Iac. 3, 11 Acacius communicando ei quem rettulit esse damnatum? numquid ex eodem foramine
Gal. 2, 18 manat aqua dulcis et amara? nam cum dicat apostolus: si quae destruxi, haec eadem reaedifico, praeuaricatorem me constituo, cum haec, inquam, dicat tantus apostolus, uos iudicate utrum praeuaricator non sit Acacius, qui quod ante damnauit,
Mt. 12, 37 suo post ore laudauit. ex ore tuo, inquit, iustificaberis et ex ore tuo condem-
Ezech. 13, 10 naberis. pax pax et non est pax; pax est enim caritas de corde puro et con-
1 Tim. 1, 5 scientia bona et fide non ficta. quid horum in Petro? quid horum docetur esse in Acacio? ille non legitima nec ecclesiastica regula discussus atque susceptus in sua permanet prauitate, hic permanenti in prauitate fit complex etiam postquam eum professus est ipse damnatum.

294 Sed necessitate, inquit, imperiali communicauit Petro Acacius. hoc ipsum sufficit, quia quod necessitate dicitur perpetratum, prauum esse monstratum est. uiderit Acacius uel qui ista pronuntiant, utrum imperatorem catholicum profiteatur huius prauitatis auctorem: nos ista de catholico imperatore non credimus utpote cuius sacra retinemus, in quibus catholicam fidem et Chalcedonensis synodi definitionem se tenere testatur. atque ideo etiam ab eodem postulamus haereticos debere depelli pessimeque de eo magis ille sentit qui id eum aut nolle aut non facere posse praetendit, cum nec diuinitati sit aliquid praeferendum et impium sit quae ad deum pertinent, prompta non exequi uoluntate. nos, inquam, ista de imperatore non credimus. absit enim ut contra hoc quod palam profitetur, contra decus imperii catholicam fidem impugnare dicatur. impugnat autem, quod absit, si quemquam in hoc quod inimicum est catholicae ecclesiae, necessitate conpellat. hoc ipso autem, sicut dictum est, constat esse peruersum quod dicitur necessitate committi.

Sed haec de imperatore uiderint qui ista praetendunt; nos autem etiam in hac parte imperatoris sacra recitamus, quibus omnia se imperator cum Acacii consilio fecisse pronuntiat, et item Acacii scripta depromimus, quae laudant imperatorem ista facientem. nemo quod patitur necessitate, conlaudat; nemo suo consilio necessitatem sibi poscit in-

---

U

1 a] at *U* 2 et dominus *scripsi* ds et *U* 5 potest *add. Maffei* 6 nec *deleui* 7 quia *U om. Maffei* 20 permanenti *Maffei* permanente *U* 22 ipsum *Maffei* ipso *U* 24 pronuntiant *U* pronuntiat *Maffei* 28 qui] quia *U* 36/37 pronuntiat *scripsi* promittat *U* promit *Maffei* 37 laudat *U*

ferri; si necessitate fecit, fatetur malum esse quod fecit. nolens enim, non uolens facit; non enim uoluntate facit quod necessitate facit. malum autem fatetur quod nollet fieri, si necessitate non premeretur. si malum est quod necessitate facit, cur id laude prosequitur? cur ad aliorum perditionem praedicator rei eius exsistit quam committit inuitus? unde apparet non necessitatis, sed uoluntatis esse quod facit, cum utique placet, cum laudat, cum prae ceteris retro pontificibus esse promulgat quippe qui dicit nunc Alexandrinam ecclesiam respirare et spiritalis alimoniae ubertate satiari, de quo ante dixerat cum expulsus esset, laetari cum patre, id est cum Timotheo catholico corda fidelium, id est plebis suae. postremo ipse uideat si imperatorem dicat facere cuncta quae mala sunt, 295 quae utique cum necessitate se tolerare praetendit, mala esse profitetur et non facere uoluntate pronuntiat. in tantum ergo haec mala sunt, ut non uellet haec facere, si necessitas non urgueret; apud nos quod magnopere praedicat, non necessitate, sed uoluntate facere demonstratur. si autem haec ut errasse consentiunt, sed remedium quaerunt, petant ordine suo remedium, acquiescant curari uulnera sua. numquam aegrotus medico condiciones suae curationis opponit. proinde uulnera sua, immo quae ecclesiae omni suis excessibus intulerunt, ut possint ueram recipere sanitatem, sinant curari patienter ea ipsa utique quae idem male commissa esse non abnuunt.

Sed populus, inquit, Alexandrinus hoc magnis desideriis postulauit nec Petrum sibi patitur ulla ratione subduci. quid si peteret populus Alexandrinus idololatriam debere parari? quid enim interest utrum haereticus an profanus ecclesiae catholicae permittatur imponi? quid si alterius haeresis cuiuslibet hominem sibi praesulem poscat adhiberi? qui enim fecit hoc de aliqua haeresi, potest et de alia, si id delectat, expetere. si inter hominum mores aliquid perpetrari temptaretur contra leges publicas, nullatenus id bonus imperator annueret: contra deum poscentibus acquiescit? si praua cupientibus annuendum est, ubi est imperialis auctoritas? ubi moderatio? ubi legum gubernatio? si contra catholicam fidem et ecclesiasticam regulam petentibus concedendum est quod petatur, quomodo catholicus imperator ** ac per hoc ne fiat contra hominum uoluntatem, fiat contra deum? ne corripiantur uiliter inproba, immo letalia corripientes, ne corrigantur insana molientes, pereant in aeternum? nec boni imperatoris est nec catholici principis sibimet poscentibus inimica concedere, immo et ipsis de quibus agitur, et omni rei publicae et saluti eius et regno quae contra deum sunt, non cessisse salutare est.

Sed non sunt, inquis, nec bonis moribus nec fidei rectae contraria. quomodo non sunt bonis moribus noxia perfidum parricidii socium, comitem haereticorum atque damnatum rerum amministratorem poscere diuinarum, quem praefici nefas est [uel non decebat nec] publicae dignitati? quomodo non religioni contrarium est haereticum damnatumque ab haereticis falsum nomen sacerdotis indeptum catholicae fidei uelle praesidere?

Sed correctus est, inquis, et hoc omnes uoluerunt a quibus correctus est et a quibus 296 cognoscitur approbatus. qui tandem isti sint, diligenti examinatione uideamus: ipsi

---

U

10 quae utique *scripsi* quantique *U* quando quae *Maffei* 13 sed *U* sic *Maffei* 14/15 condicionis — curationes *U* 18 huc *U* 19 idololatria *U* 21 *malim* poscat praesulem 27 *lacunam indicauit Thiel supplendo* fuerit *uel* dicatur; *sed plura exciderunt* 28 uiliter *scripsi* utiliter *U* corripientes *U coniecerim* cupientes, concipientes *Maffei* 34 quem] que *U* est *U* esset *Maffei* uel — nec *eieci utpote uariam lectionem*

certe quos pariter cum eodem testamini ab errore correctos. restat ut complices eius esse non dubium sit. quibus legibus igitur eorum pro quolibet testificatio debet ammitti, quos par crimen inuoluit?

Sed, inquis, qui etiam Timotheo catholico communicare uidebantur, nunc Petro communicantes de eodem similia poposcerunt. sunt ergo isti communionis catholicae praeuaricatione notabiles, qui, ut dicitur, a catholici Timothei communione, quam ad eius usque obitum seruauerunt, post illius transitum in consortium istius recciderunt, cui numquam Timotheus catholicus communicasse monstratur. itaque a Timothei catholici, immo a catholica communione delapsi sunt. ecce quomodo Petrus correctus est et probatus, qui uel a complicibus suis uel a praeuaricatoribus catholicae communionis dicitur postulatus antistes.

Sed Timotheus, inquis, catholicus ideo Petro non communicauit, quia episcopatum illo uiuente praesumpserat. si propter episcopatum, suffecerat Timotheo Petrum fuisse submotum; quod autem ei non communicabat, non erat episcopatus causa, sed haeresis. communio enim ad fidem pertinet. nam si propter honorem, certe uel laico communicare potuisset, si in illo fides recta mansisset. cur ab eo ordinati ad fidem catholicam regulariter iussi sunt recipi? ubi ostenditur illum communionis catholicae non fuisse. deinde si correctus est Petrus, cur ab eo catholici quicumque sunt uel in Alexandria uel per Aegyptum, remansere discreti? cur ei non communicant illi catholici qui usque in diem uitae suae catholico communicauere Timotheo indeque uere catholici sunt, quia in eadem communione sine ulla eius temeratione perdurant? ergo euidenter apparet quia ei communicant illi tantummodo et eum sibi praesulem poposcerunt, qui eius, ut dictum est, uel antiquae sunt complices prauitatis uel a communione catholica deuiantes in eius consortium transierunt atque ideo incessabiliter etiam catholicos persecuntur. audiuimus
297 assidue et certa relatione cognoscimus quia eidem communicare dicantur qui ab eius communione discreti sunt, qui eum contra fidem catholicam cotidie et contra apostolicae sedis praedicationem et contra Chalcedonensis synodi constituta uenire perspiciunt. quod in tantum uerum est, ut testes paternae uesaniae eius quos hic habemus filios producamus. denique omnes Aegyptii qui diuersis in hac urbe negotiationibus detinentur Petroque communicant, synodum Chalcedonensem eiusque definita eatenus audire non possunt, ut nos cur ista tenemus audeant incausare. apparet igitur ex discipulis quae doceat hos magister, et ex genitis genitor nefandus agnoscitur. palam certe solent pronuntiare quod si audiant Petrum Chalcedonensem synodum praedicare, ipsi eum anathematizare non differant. ubi satis apparet cuiusmodi eum doctrinam proferre testantur.

Quaerimus certe de uobis utrum Chalcedonensem synodum sequendam putetis an non. si non sequendam, quomodo hanc uos litteris uestris tenere profitemini? apparet ergo non solum in catholica neminem uestrum definitione constare, sed ne in sua quidem professione consistere. proinde quemammodum uobis credimus fidem uos catholicam tenere iactantibus, quando etiam ea quae scripto publicamini, non tenetis? quod si uestra

---

U

25 quia *scripsi* qui *U* 27 praespiciunt *U* 39 credimus *U* credemus *Maffei* uos *U om. Maffei* 40 *coniecerim* publice testamini

professione constricti Chalcedonensis synodi constituta uos omnibus modis seruare firmatis, simul etiam apostolicae sedis praedicationem, quae in illa synodo relecta tractata suscepta est, uos suscepturos esse dicitis, quae omnia definita ex omnium retro pontificum, qui fuerunt a tempore domini saluatoris toto orbe terrarum, beatae memoriae papa Leo ad augustae memoriae Leonem subditis epistulae suae testimoniis approbauit, si igitur Leon. ep. 104 antiquam fidem et quae a sanctis patribus ad nos est transmissa, sectamini, si de incarnatione domini saluatoris haec nobiscum quae illi sensere, sentitis et a totius ecclesiae doctrina nullatenus deuiatis, quia neque prudentiores maioribus nostris sumus neque nobis fas est aliter nouiter usurpare quam illi et didicere et docuere maiores, ipsiusque Nicaeni concilii non magis nos intellectores expositoresque eruditiores sumus quam illi tot tantique praesules uenerandi uel intellexere sapienter uel praedicauere fideliter, hanc omnes sincera mente ueroque corde in commune teneamus, et pax est. regulas quoque quas ab eisdem patribus accepit ecclesia, intemeratas habeamus, et pax est. sint ergo 298 haec apud uos certa, sint fixa, et nulla discordia est. quae si apud uos esse praetenditis, patimini sollicitudinem nostram paulisper ista discutere, quia quanto ueriorem pacem habere uolumus, tanto certiorem causam [pacem] desideramus agnoscere.

Si haec apud uos intemerata perdurant, quid est quod Petrum Alexandrinum ad fidem catholicam correctum dicitis et receptum? abiecit ergo cuncta quae his definitionibus obuiant et in hanc formam doctrinae catholicae toto corde transiit. quid sibi isti igitur uolunt quos apud nos cotidie uociferantes agnoscimus contra Chalcedonensem synodum, contra apostolicae sedis praedicationem frementes atque frendentes? qui si correcti sunt, tenent ergo illa quae superius memorata sunt. si ea tenent, cur uehementer impugnant? si illa profitentur, cur a catholicis, qui eadem perseueranti tenent professione, desciscunt? aut cur illi qui ueram fidem profitentur, ab istorum societate dissentiunt, si eos unam fidem secum retinere nouerunt? apparet igitur hos qui illa quae ad fidem catholicam pertinent, palam impugnare non dubitant, qui a catholicorum professione dissentiunt, catholicos omnino non esse atque ideo nulla ratione correctos. quid? his cur communicat Petrus, si istis in errore durantibus ille fidei uerae examinatione probatus est et receptus? utique si correxit, ad illa translatus est quae fidei catholicae conuenirent, non in his remansit quae ei probantur inimica. cur talibus ergo communicat? si illa manifeste profitetur ad quae errore deposito eum transisse cognoscitur, cur eius communicat inimicis? itaque luce clarius probatur non esse correctus, sed in eadem pestilentia permanere, cuius sequacibus professoribusque communicat. ecce igitur etiam hoc ipsum quod correctum uultis uideri, falsum euidentissime confutatur.

Quapropter licet, etiam si correctus esset, correctoribus suis subdi debuit, non praeponi quibus ab haereticis ordinatus nulla potuit praeesse ratione, etiam in hac parte conuincitur qua correctus optenditur, quando his communicare qui in prauitate perdurant, sine ambiguo repperitur, atque a nostra communione omnifariam merito iusteque repellitur. ecce quam nobis iusta causa suppeditat ⟨quod⟩ etiam Acacium qui hunc et iuste rettulit ante esse damnatum et postea nefarie in sua communione suscepit, a nostra com-

---

U

7/8 doctrinam *U* 9 aliter nouiter *suspecta* 16 pacem *U deleui* pacis *Maffei* 31 cognoscitor *U* cur *Maffei* cum *U* 32 correctus *U* correctum *Maffei* 39 quod *addidi* si *Maffei*

munione discreuimus. cum Acacio enim nobis fuit prisca communio; haec ut seruare-
299 tur inlaesa, per quinquennium fere monuimus et licet nec rescribere dignaretur, nos tamen ut catholicam fidem retineret, numquam destitimus adhortari. postremo legatis missis terruimus, blanditi sumus, praediximus, comminantes suadentes optestantes, damnationem praetendentes, ne communioni cederet perditorum; laborum suorum pro fide catholica primitus impensorum eum meminisse mandauimus et incitantes ad gloriam et a periculo deterrentes. quae cuncta despiciens circumuenit legatos ut ueluti nobiscum se errare praetenderet, et haeretico atque damnato, quem id ⟨esse⟩ praecipue ipse rettulerat, communione se⟨cum⟩ miscuit. donec ista cognoscerem, potuit mihi cum illo pristina manere communio; uerum ubi hoc comperi, si non eum continuo a mea communione separassem, uideretur mihi etiam cum iam praeuaricatore nihilo minus manere communio et quae cum catholico fuerat, esse etiam cum eo qui haereticorum consortium inire maluerat. quod ne fieret, necessarium mihi fuit abrumpere communionem eius et a meo consortio sequestrare. ideo quippe necesse fuit hoc facere, quia catholicae fidei non erat tutum hoc omnino non facere.

Sed imperator, inquis, necessitatem Petro communicandi imponit Acacio. de hac necessitate et superius iam multa dicta sunt et multa dicentur quibus appareat et necessitatem, si uera esset, sacerdotem pro catholica fide contemnere debuisse et tolerare quidquid aduersi est, dummodo ab integritate fidei catholicae nullatenus deuiaret, deinde manifesta ratione monstretur sic [in] nullam necessitatem Acacio ab imperatore prorsus ingestam, sicut potius imperatorem satis claret ex Acacii cuncta fecisse consilio.

Etiam ipse imperator, inquis, necessitatem habet ista faciendi. necessitatis causam interim non requiro, nulla tamen maior est necessitas quam diuino cultui et religioni, unde omnia prosperantur, unde necessitas magis omnis absoluitur et cuncta aduersa remouentur, esse subiectum nec ei aliquid omnino praeponere, quia non est utique quod deo debeat anteponi, cum ei iussi fuerimus nec animas nostras omnino praeponere. illo enim de-
300 specto non modo nulla potest necessitas expediri, sed nec res quaelibet humana constare, unde apparet maiorem necessitatem, maiorem prae omnibus causam cuncta eidem postponendo ** adde quia nulla [est] necessitas est, sed esse praetenditur. nullus iam non est de exclusione Petri ** seditio uana proponitur, quippe cum et Timotheo haeretico pulso nemo resultare temptauerit et eadem ⟨ratione⟩ pro Petro consequenter eiecto nullus obstiterit. falso igitur non fieri posse confingitur quod exemplis earundem rerum sine tumultu factum esse iam constat. pecuniae causa non sit, et nulla necessitas est. nam tumultus in sancti caede Proterii haereticorum inruptione commotus est, numquam autem per catholicos ullus est tumultus excitatus et conuenit seditiones quorumcumque populorum publica auctoritate compesci. itaque ut prauorum indulgeatur furori, qui leui metu perterriti conquiescere potuissent, religio diuina subuertitur et Christi ecclesia laceratur. postremo hoc ipso quod necessitatem esse praetendit, malum esse pronuntiat quod facit. unde si ei est necessitas contra diuina tendendi, mihi id operandi nulla necessitas;

U

6 impensurum *U* 8 id esse *scripsi* id *U* 9 secum *scripsi* se *U* 19 deuiare *U* 20 in *U om. Maffei* 22 causa *U* 28/29 postponendi *Maffei* 29 *lacunam indicaui e. g. supplendo* credi debere est[1] *U om. Maffei* 30 *lacunam post* Petri *indicavi e. g. supplendo* tumultus timendus, *lacunam post* est *posuit Maffei* 31 eadem ratione *scripsi* eadem *U* 33 tumultum *U*

cauere debeo a malo, quod etiam tu fateris malum, dum necessitate te facere testaris inuitum. immo mihi maior necessitas est diuini timoris et futuri indicii, ut caueam malum. cur me in tuum nefas quod necessitate geris, conaris adtrahere, cum id subeundi nulla necessitas sit, immo, ut dictum est, non faciendi sit illa causa maiorque necessitas?

Sed corrige me, inquis, et noli me a tuo consortio sequestrare. relinque malum, conuertere ad bonum, reuertere ad me et correctus es et liberatus a malo et a me nullatenus separatus. sed non possum, inquis, et relinquere me non debes. tu doles, ut uideo, quia tecum ego non peream, sed ego doleo quare mecum non ipse salueris. si tantum apud te ualet persona Petri, ut deum contemnas, tu uideris; me facere nec oportet omnino nec libet.

Quod potest fieri, inquis, hoc exige. et ego tibi dico: quod potest fieri, hoc me posce. facilius enim fieri potest ut homo postponatur deo, ut homo refutetur magis quam deus. quod si id non potest fieri, multo magis non potest fieri a nobis ut refutato deo homo eligatur. maior nobis est causa qua non possimus hoc facere quam uobis ut illud facere nolitis. possimus dicere: dicite omnes anathema Petro; quamdiu uiuit, nolite illi communicare, et communicamus uobis. et quam rationem reddituri sumus deo, si animas quas ille perdit, etiam nobis quodam modo permittentibus assumat ut perimat? quo me 301
trahere conaris ad te? cur non potius reuertaris ad me? ibi perditio est, hic salus; ibi praecipitium, hic fida securitas; ibi deceptio, hic monitio. tu ad ista salutaria redire non uis et me uis ad illa periculosa descendere? nescio si uel te iudice debeam ista committere.

Sed Acacius, inquis, ui oppressus est et opprimitur ut aut ad ista peruenerit aut ista non corrigat. uim quidem non pertulisse multis rationibus comprobatur, immo et docetur quia si noluisset, non ad ista peruenerat. quin insuper suis litteris confutatur quod ipsius consilio cuncta sint gesta eaque uelut diuinitus inspirata collaudes. sed etiam si uim apud imperatorem ** non per imperatorem insidiari legatis, quod nostrorum quoque legatorum professione ** iam dictum est. quod si uerum est, ille reus est; si falsum, grauamus istos etiam hoc insuper, quod supra praeuaricationem tantum addidere mendacium. sed quia hoc etiam ex litteris Acacii demonstratur, ⟨sicut⟩ isti hoc non falso dixerunt, ita illius persona grauatur, quae noluit cum legatis nostris adniti, sed potius nostris est insidiata legatis ** certe uel rettulisset huc antequam communicaret, monuissetque illos ne communicarent. postremo etiamsi ui premitur, uim perferre debuit, non fide et communione calcata prodere perfidis et miscere damnatis, sicut fecit sanctae memoriae Flauianus et alii sub persecutoribus imperatoribus uel haereticis uel paganis et nuper in Africa factum est. quid enim? uim maximam illi non patiebantur et ideo uincebant patiendo uim, non uiolentiae cedendo? numquid sub illis persecutoribus qui negabant Christum uel in haeresim transibant, a catholicis et Christianis non iure damnabantur? numquid erat excusatio quod uim passi persistere nequiuissent?

U

4 illa *scripsi* ulla *U* alia *Maffei* 9 non ipse *U* ipse non *Maffei contra clausulae leges* 26 *lacunam indicauit Maffei; ut sensus restituatur, suppleri possunt* esset perpessus, debuerat tolerare 27 *lacunam indicaui e. g. supplendo* manifestatum esse 29 sicut *addidi* 31 *lacunam indicauit Maffei, exciderunt haud pauca* 33 miscere *U scil. legatos* se miscere *Maffei* 37 transiebant *U*

Vnde ergo, inquis, lapsis remedia sunt prouisa ? bene; suscipio ergo eum, si placet, more lapsorum paenitentiam agentem tota uita sua et in fine communionem sumentem, sicut
302 de lapsis legitur constitutum. ⟨unum⟩ secundum huius tenoris formulam ad ecclesiam reuocemus; nunc autem si curatio ecclesiae totius accedat, erit tanti, quia hoc pontificii est sedis apostolicae et causa uniuersalis curationis hoc uidetur exigere, ut persona Acacii in sacerdotali possit honore reuocari. hoc ipso enim se ostendit non uoluntate succubuisse et animum gessisse catholicum, dum curationi competenter insistit. quid ? si uult et non potest, cur per imperialem personam ceteros opprimit ? si imperator, ut fertur, oboediens est Acacio, potest; si oboediens ei imperator non est, quamuis eum debuerit et debeat constanter uiriliterque tractare, certe hoc ipso se fatetur contra catholicam succumbere ueritatem. itaque me ei in hoc statu rerum non misceri communione manifestum est. non enim si ille premitur et adesse sibi non potest, ego oppressionis eius et transgressionis complex esse iam debeo, sed quia donante deo liber sum, seruo saltim me incolumem, ut etsi nunc non potest, cum deus iusserit, sit qui ualeat pro integritate communionis et fidei illis subuenire qui integritatem communionis et fidei perdiderunt. alioquin si omnes eam perdamus, quod absit, unde postea reparabitur ? praecipue si in sedis apostolicae, quod numquam deus fieri sinat, fuerit temerata fastigio. itaque si Acacius uim hominis sustinet, ut errata non corrigat, maior mihi necessitas est diuini metus et tuendae catholicae communionis et fidei quolibet modo et qualibet condicione, in errore positis nulla fieri ratione consortem, sed ab eorum me contagio seruare prorsus immunem, quia si ille per uim habet excusationem, ego praestante deo qui securus sum, ne per hoc quidem excusationem ullam habere iam potero, qui nulla praestante deo, sicut dictum est, ui premor. dimittantur ergo ista diuino iudicio, donec ipse, sicut saepissime experti sumus, libertatem reddat communioni catholicae atque fidei Christianae, et tunc de eis qui in illius sunt terrore, tractabimus. persona enim Acacii sine curatione totius ecclesiae solui non potest, per quam sauciata est omnis ecclesia.

303 Sed et tunc, inquit, Acacius tecum communicabat, quando Timotheus haereticus uel iste Petrus sub tyranno Basilisco Alexandrinam tenebat ecclesiam. uere dicis; sed his tunc Acacius minime communicabat et in mea communione durabat. unde potius, si uim patitur Acacius, et nunc talem se debuit exhibere qualem se exhibuit sub Basilisco tyranno haeretico persecutore suo.

Sed nunc, inquis, utilitatis interest rei publicae. sed sacerdos allegare debuit utilitatis interesse potius publicae ut diuina communio et fides integra seruaretur. utile est rei publicae religionis euersio et utile non erit reipublicae religionis integritas ? nescio si sunt eiusdem religionis qui ista praetendunt, aut si eiusdem religionis debeant homines ista praetendere.

U

1 eum *Maffei* cum *U* 2 finem *U* 3 unum *addidi* 4 pontificii *Thiel* pontificis *U* 8 opprimet *U* 12 oppressiones *U* 15 alia quin *U*^{corr} 16 apostolica *U* 21 dō *U* domino *Maffei* 22 dō *U* domino *Maffei* 25 terrore *U scil. iudicii* errore *Maffei* tractauimus *U* 27 inquis *Maffei* 30 debuit *U* debet *Maffei* 33 utile *scripsi* ut ille *U* utilis *Maffei* 34 utile *U* utilis *Maffei*

** et quem uellet de suis et sibi fidelibus subsistere sacerdotem excluso Iohanne, dummodo catholicum et communionis nostrae suspectis locis pateretur praesidere pontificem. nonne euidenter haec res facit causam Iohannis esse meliorem, dum eo excluso et haeretico subrogato non persona hoc meruisse monstratur, sed expugnatio fidei catholicae procuratur? nos non in Acacium ideo sententiam tulimus, quia homo est, quia Acacius dicitur, quemammodum de quolibet haeretico dici potest, sed propterea quia sit persona praeuaricatrix. itaque male factum quod in ea est, punitur inrogatione sententiae, quae praeuaricatio, quod maleficium si recedat, iam non erit illa persona in quam sententiam insolubilem proferre sum uisus; remanebit enim homo et Acacius, quem non damnat in quantum homo est et hominis nomine censetur, sed in quantum praeuaricator et malefactor est. si ergo desinat esse praeuaricator et malefactor, cui sententia mea insolubilis est, iam in eo haec sententia mea insolubilis remoto illo cui illata est, locum penitus non 304
habebit. alter enim erit quam ille cui illata sententia est, dum incipit non esse quod fuit, uel non hoc esse cui illata sententia est. sed incipiente esse quod non fuit, uel hoc tantum incipiente esse cui mea non est illata sententia, non remanebit omnino ubi stet prolata sententia. nam quamdiu in hoc manet, cui illata sententia est, uere insolubilis est illa sententia cum eo cui illata est insolubiliter; cum autem hoc non erit et si in eo non manserit, cum illo maleficio cui inlata insolubilis est illa sententia, sine dubitatione transibit. in isto ergo erit solubilis, immo nec erit, cui illata non est, immo ab hoc erit extranea et aliena, cui eam non constat illatam, quia in Acacio maleficium et praeuaricatio accepit illam insolubilem sententiam, non quod homo est, non quod Acacius nuncupatur. remoto ab eo maleficio erit cum omni ui sua et causa remota sententia. ne quando, Ies. 6, 10
inquit, conuertantur et sanem eos. hoc de illis qui cor crassum habebant et uidentes non uidebant et audientes non audiebant. numquid deo inspirante? sicut ex isdem Iudaeis de quibus dictum est, uidentes uiderunt, audientes audierunt et corde crediderunt, sicut apostoli et tot milia, quas reliquias saluas factas testatur apostolus, qui hunc sensum ita tractat ubi dicit: nam et ego Israhilita sum. in scripturis autem inuenimus et Rom. 11, 1
illatam interminabilem sententiam in plerosque peccatores, quibus tamen a peccato discedentibus sit remissa, et quosdam dictos occidi et uiuificari, dum in his necatur quod fuerunt, et incipiunt esse quod non erant, uel euerti et plantari et talia.

Si ui imperiali premitur Acacius ut ista faciat quae facit, primum imperatorem contra 305
fidem catholicam facere ac per hoc non esse catholicum ipse profitetur. non est ergo quare a nobis dici persuadeat quod ipse depromit uel quod ipse testatur; deinde hoc ipso quo se uim pati perhibet, malum profitetur esse quod facit, et contra fidem catholicam se agere demonstrat. cur ergo me hortatur et petit huius rei complicem esse debere quam

---

5—30 nos non — et plantari *habentur in Collectione Dionysiana aucta* [*Hdeg*] *sub titulo* EX [item *Hd*] EPLA BEATI PAPAE GELASII [*om. He*] AD ORIENTALES DE VITANDA [EVITANDA *Hg*] COMMVNIONE ACACII VBI DATVR INTELLEGI NVLLVM ESSE VINCVLVM INSOLVBILE NISI CIRCA ILLOS QVI IN ERRORE PERSISTVNT [desistunt *Hd*]

U, H [= *deg, inde a* 5 nos non *usque ad* 30 plantari]

1 *lacunam indicauit Maffei; exciderunt propositio aduersarii et initium responsionis* 2 communionis *Maffei* communioni *U* 5 quia ad *Heg* 8 in maleficium *H* 9 damnat *UHd* damna *Heg* 11 insolubiles *U* 12 poenitus *Hd* paenitens *UHeg* 13 incipiet *H* 14 incipient *U* incipiet *Heg* 15 cui mea *Hd* secum ea *UHeg* 18 remanserit *H* 21 accipiet *Hde* 24 numquid deo *Maffei* numquid eo *UHeg* nam qui do *Hd*

fatetur esse peruersam ? si autem malam non esse contendit, restat ut non iam se uim pati ab imperatore persuadeat, cum sponte sua id faciat quod bonum esse confirmat. cum enim bonum dicit esse quod facit, sponte hoc se facere tamquam quod putat esse bonum, sine dubitatione designat. non ergo hoc compulsus facit Acacius quod inuitus non facit tamquam malum, sed sponte tamquam bonum. si enim compulsus, utique inuitus; si inuitus, utique malum est. non ergo sponte facit tamquam hoc bonum, sed tamquam malum inuitus; si non inuitus tamquam malum, sequitur ut sponte tamquam bonum. studio ergo et uoto et uoluntate et iudicio proprio, non coactus; non ergo uim patitur, sed sponte delinquit.

Sed obstinatione uestra, inquis, in periculum causam totius ecclesiae adducitis. si fides communioque catholica custoditur, in periculum religio uenit uel periclitatur religio et si, quod absit, fides communioque catholica uiolatur, in periculum religio non adducitur uel salua religio est ? absit ut hoc quisquam catholicus et apostolicae fidei filius dicat.

Sed apostolicae sedis dignitatem ista obstinatione minuitis. si fides communioque catholica seruatur, dignitas sedis apostolicae minuitur; si illa uiolatur, sedis apostolicae dignitas manet ? absit ut hoc Christianus catholicusque depromat. si fides catholica et communio laeditur, res publica iuuatur, et si illa salua sit, res publica laeditur ? absit ut hoc Christianus et catholicus profiteatur. si fides catholica et communio seruetur, imperator laeditur, et illis uiolatis imperator non laeditur ? absit ut hoc Christianus catholicus imperator dicat uel aliquis catholicus Christianus dicat debere fieri. hoc est laedi fidem et communionem debere catholicam, ne imperator laedatur, quia si seruetur fides catholica atque communio, imperator laedatur. nos imperatorem tantum amamus, ut uelimus eum facere quod pro salute ipsius sit, quod pro anima, pro conscientia ipsius
306 est; pontificibus catholicis etiam si qua probatur, relaxet offensam; ipsius est quod conscientiae, quod animae suae et saluti scit prodesse, facere. si non uult quae in his sunt utilia facere, ipse uiderit; nos et apud deum et apud homines absoluti sumus. nam si apud eum etiam pro criminosis interuenire pontifices decet, quanto apud eum magis conuenientius est pro sacerdotibus interuenire pontifices ? si pro sacrilegis ipse interuenit, quanto magis nos interuenire conuenit, ⟨si⟩ qui, sicut dicit, eum laeserunt ?

** quid me uultis exaggerare praeuaricationem Acacii damnationemque firmare, ut magis ac magis uidear inconstans et meae contrarius esse sententiae ? ego si, quod absit, complex mali essem effectus, nunc remedio egerem, non remedium ministrarem, et sedes beati Petri, quod deus non sinat fieri, aliunde peteret remedium, non praeberet ipsa remedium

Ion. 3, 4 triduum, et Nineue subuertitur. item de rege Ezechia adiectis quindecim annis
Ies. 38, 5 post denuntiationem mortis ad uitam. de ramis fractis et inserendis. item ne quando

---

U

1 se *Maffei* si *U* 3 facit *Maffei* fecit *U* 13 fides *U* 15 minuitis *Maffei* minuistis *U* 20/21 et catholicus *Maffei* 21 debere *U* deberi *Maffei* 25 offensa *U* 30 magis pro iis *Maffei* si qui *scripsi* qui *U* 31 *lacunam indicaui; exciderunt aduersarii propositio et initium responsionis* praeuaricatione *U* 33 sedis *U* 35. 36. p. 45, 1. 2 *ab hoc loco sine dubio aliena; Maffei ad* p. 43, 30 *post* talia *transposuit sententia* [36/p. 45, 1] item ne — illos *omissa. mihi uidentur eadem esse et quae* p. 43, 22—30 *exponuntur, sed in aliam formam redigerda* 35 subuertitur *U* subuertetur *Maffei* 36 de *U* item de *Maffei*

conuertantur et sanem illos. et de isdem ramis si non permanserint in incredulitate, misericordiam consequentur. Rom. 11, 17 Ies. 6, 10 Rom. 11, 23

quare ⟨quia⟩ sententiam tulimus in Acacium, indignamini? quod nisi fecissemus, catholicam communionem ab haeretica et damnata communione, cui se hic miscuerat, discernere et inuiolatam seruare nullatenus poteramus. quomodo nos compellitis iterata quodam modo constitutione cum exaggeratione praeuaricationis Acacii iustam sine dubio firmare et congeminare sententiam? numquid Misenus et Vitalis poterunt recipi nisi dicant anathema Petro Alexandrino et omnibus qui ei post anathema communicauerunt uel communicant? damnabunt enim nobis definientibus iterum ipsi consequenter Acacium. quomodo ergo eum uultis absoluere? an graue uidetur semel damnatum Acacium, et bis damnatum non erit graue? an uultis siue per uos siue per nos uideri uel dici sedem apostolicam circumuentam fuisse?

ecce poposcimus uos, ecce scripsistis; ecce non dignatus est ille rescribere nec uobis nec gregi. uidetis obstinatam perniciem prauitatis: nonne et propter religionem et propter iniuriam uestram debetis unianimes esse nobiscum? 307

Dicite nobis, inquiunt, utrum Vitalem et Misenum absoluturi sitis an non. respondemus et quaerimus et nos a uobis utrum eos salua fide et communione catholica et sedis apostolicae reuerentia absolui uelitis an non. si saluis illis non uultis, nos eos hoc modo uel huius modi ratione ** soluantur.

Sed promisistis, inquiunt. quod promisi, legitur; hoc nunc implere contendo. promisi enim deliberaturum quomodo iuste uideantur absolui; hoc etiam nunc sine dubitatione promitto. scitote ergo deliberationem nostram ad hunc modum esse perductam, quia istos absoluere non ualemus nisi ut iuste nostra sententia ante tempus uideatur esse laxata, [nisi] eos exoneremus praeuaricationis pondere excusabilioresque reddamus dignumque sit nostram in eos anticipare sententiam, quos minoris culpae probauerimus inuentos satisque esse dicamus ex eo ipso quod aliquid in sua desidia deliquerint, huc usque correctos et a sacra communione summotos, ut autem eos relaxemus, circumuentos deceptosque dicamus. sequitur ut quantum istos leuamus, tantum opprimamus Acacium. neque enim iam uel istis aliud dicere uel nobis licet aliud aestimare quam illum esse totius praeuaricationis auctorem, si quidem id istorum confessio synodalibus dixisse teneatur in gestis. itaque si assertionibus iteratis et professione geminata recentique tractatu atque decreto iustam esse sententiam quae in Acacium sit prolata, cum totius utique praeuaricationis exaggeratione firmemus, uos repperite quomodo postea possit absolui quem repetita quodam modo contestatione damnamus. quemammodum, inquam, ⟨cum quem⟩ molimur absoluere, totius uinculis praeuaricationis obstringimus, et quem

---

U

1/2 incredulitatem *U* 3 quia *add. Maffei* 4 haereticam et damnatam communionem *U* 4/5 decernere *U* 13—15 *ab hoc loco aliena; de re cf. Theophan.* p. 131, 20—25. *Cramer anecd. Paris.* 2, 105, 28—32 14 gregi *scripsi scil. ciuibus Constantinopolitanis* regi *U* mihi *Maffei* 17 catholicae *U* 19 *lacunam indicavi; exciderunt haud pauca* 22/23 perductum *U* 24 nisi *deleui* exhonoremus *U* 25 nostra *U* minores *U* 27 summotus *U* 28 dicamus *scripsi* dicimus *U* 29 isti *U* 35 cum quem *addidi*

leuare nitimur, toto pondere damnationis obruimus? itaque aut isti exspectent ut curatione totius ecclesiae secundum sententiam liberentur, aut spondete nobis sub iureiurando numquam de Acacii absolutione quippiam esse poscendum. ⟨ini⟩cum enim est
308 ut eum sic uelitis absolui, ut [nos] in omnibus et conscientiam nostram et famam reatui faciatis exponi, conscientiam, si absoluam quem totius perditionis auctorem se ipse professus est, famam totius mutatae sententiae. nec potest dici quod cum in istos tamquam in auctores male factorum fuerit usque ad certum tempus promulgata sententia, ideo ab his retracta sit tamquam innoxiis, ut in Acacio usque ad idem tempus quod his fuerat praestitutum, quia auctor totius est mali, eadem qua in istos ratione seruetur, quia in Acacium utpote in auctorem insolubilem dixi meam fore sententiam, non certo tempore relaxandam. quam si denuo confirmo, definitionis suae tenore mansura est, ut non possit absolui. nec enim illic dictum est usque ad illud tempus, sed dictum est numquam esse soluendam.

Sed cum hoc, inquis, iam dixeris, tamen nunc eam moliris absoluere. sufficit uel semel dictae sententiae procurare solutionem: quid eam me uis meo iterare decreto? si semel latam indignamini, cur geminare contenditis? si semel prolatam absoluere uidetur esse difficile, quid faciemus de geminatione sententiae? forsitan et illic aliquid minus me cognouisse quam dictum est, potero in semel prolatae sententiae resolutione tractare; cum eam geminata professione firmauero, quid me remedii uis habere? maxime si etiam eo tempore hanc confirmare ⟨se⟩ demonstret quo nitor absoluere

sed imperator uim fecit Acacio. hoc ego dicturus non sum, quia nec uerum est et accusare palam principem omnino non possum; certe uos estote huius accusationis auctores

si putatur absoluendus qui in deum deliquisse conuincitur, quanto magis absoluendus est qui in hominem dicitur deliquisse?

Si per id quod dictum est in prolatae tenore sententiae, cum adnisu principis Christiani et populi res esse curanda et minus eorum obstinatione prouenit, uoluerimus causam Mi-
309 seni Vitalisque tractare, aut istorum communione et consensione illi obstinati sunt redditi et istos oneramus quos putamus absolui, itemque istorum ⟨** aut fit⟩ exaggeratione peccati sententia nostra inreuocabilis a tempore praestituto. sic enim de istorum receptione tractandum est, ut conscientia nostra et existimatio, quorum interest maxime,

---

2. 7. 26 *cf. sententiam de Miseno Vitalique prolatam Coll. Auell. 103 p. 479, 27* [*cf. 481, 9*] dictum est tam diu fore suspensos, donec auctore deo et annisu catholicorum principum uel populi Christiani Alexandrina catholicum sacerdotem recepisset ecclesia

U

3 inicum *scripsi* cum *U* cur *Maffei* 4 nos *U om. Maffei* reatui *scripsi* retu *U om. Maffei* 7 male factum *U* 10 fore *Maffei* forte *U* 15 me uis *Maffei* metues *U* iterre *U* 18 prolatae *Maffei* prolata *U* 20 se demonstret *scripsi* demonstret *U* demonstrem *Maffei* quo *Maffei* quod *U* 21—23. 24. 25 (*de Iohanne Talaia*) *ab hoc loco aliena* 26—28 *ut sensus aliquo modo restituatur, propono* si ⟨quia⟩ . . . ⟨uisa est⟩ res . . . aut ⟨apparebit quod⟩ 29 oneramus *Maffei* honoramus *U indicaui lacunam, quoniam* istorum *dictum esse nequit nisi de Miseno Vitalique, peccatum est Acacii et consortium.* fit *supplebat Maffei post* 30 nostra 31 *malim* quarum

in sententiae suae reuocatione curetur et iuste nos eam ante tempus reuocasse uel remisisse doceamus, ut etiam consolemur eos qui in fide catholica perseuerant ** de istorum excommunicatione probantibus non nostro eos tunc communicasse mandato nec ⟨nos⟩ eorum communioni praebuisse consensum et secum nos in fide catholica perdurare et ideo ipsi quoque nobiscum nituntur esse constantes, quod istis sine aliquo colore iustitiae ante praestitutum tempus sententia relaxata ex nostra uoluntate eos communicasse credituri sunt et hoc quod suspendere uisi sumus, fortasse simulatorium ad excusationis umbram et nos transgressores merito iudicabunt ipsique aut deficient et illorum communioni se tradent aut iure nos damnabunt tamquam communionis alienae uel catholicae uiolatores communionis. quomodo ergo ista curentur, iusta ratio est quaerenda, quae nulla est alia nisi ut isti releuentur et excusentur quos uolumus ante constitutum tempus absolui, iustaque uideatur nostra remissio. hoc autem fieri potest, si in Acacium cuncta transgressio transferatur, quod et illi ipsi qui in fide catholica perseuerant, magis fieri ardenter expectant. in illum enim plus saeuiunt quam in istos tantique habebunt istos relaxari, dummodo in illum tamquam auctorem praeuaricationis omnia audiant malefacta transferri. quod cum fuerit, sine dubitatione subsequitur ut iusta sit poena, id est iusta damnatio quae ei pro his uideatur inflicta, quae damnatio in sui tenore insolubilis esse monstratur. itaque fit persona inremediabilis Acacii in exaggeratione criminis et conuentione uindictae. nam ⟨ni⟩si curatione totius ecclesiae persona Acacii liberetur, nec isti secundum sententiam nostram erunt modis omnibus absoluti. ita hoc genus quod supra diximus, quia non annititur imperator aut populus, alterutram partem non expedire poterit, sed grauare. unde non nisi illo solo modo rebus remedium prouidendum est ut prius de absolutione agatur Acacii cum totius dumtaxat ecclesiae sanitate et sic istis sit suo ordine relaxatum. si Acacius autem modis omnibus absolui noluerit, istorum persona illius aggrauatione leuabitur eo magis quod et oblatum sibi Acacius respuisse conuincitur et nostra erit excusata sententia et de istorum absolutione ante tempus impensa et de illius cum exaggeratione criminis damnatione firmata. ideo illi per- 310
stant in fide catholica qui in Oriente persistunt, quia a me eam defendi uident et animantur ex me; alioquin aut et illi corruent me faciente aut si me, quod absit, decidente illi perstabunt, apud deum hominesque me iure damnabunt. illi me etiam sub persecutione positi non deseruerunt, ego illos sine persecutione deserturus sum, quid deo, quid hominibus inde dicturus? possum illis dicere aliter me damnationem in Acacium non firmare potuisse nisi ut Vitalem et Misenum absoluerem illius exaggeratione peccati; ut autem Acacium exaggerato eius modo postmodum cogar absoluere, quid eis sum rationis, quid negotii redditurus? Sed si per Acacium curatur omnis ecclesia, inquis, est tanti unius hominis absolutio, est tanti quouis tempore et quandocumque unius hominis absolutio. sed meae interest conscientiae et meae leuitatis opprobrium. nam si per Acacium curatur ecclesia, hoc ipso doceatur quia quae potuit per hunc curari, id est eo correcto, per hunc etiam laesa uideatur, cum potuerit illo non peccante non laedi.

U

1 tempu *U* 2 *lacunam indicaui e. g. supplendo* nobisque credunt 3 nos *addidi* 6 sententiam relaxatam *U* 19 nisi *scripsi* si *U* 20 nec *scripsi* et *U* 23 sanitatem *U* 29 aut[2] *Maffei* et *U* 32 illis *U* illi *Maffei* 34 cogar *Maffei* cogat *U* ei *U* 37 opprobrium agitur *Maffei* 38 docetur *Maffei*

Sed si istorum, inquit, pondus in Acacium iactaueris, istos recte absoluis; cum item Acacius egerit ut curetur ecclesia, Acacium conuenienter absolues. si in hoc spes est, cur eum damnationis pondere me urguere compellis, quem posse uel debere testeris absolui? esto, hi absolui possint Acacii pondere: me quare uis eum onerare, quem nitor absoluere?

Quia aliter, inquis, istis non potest subueniri. ac per hoc aut illum uis obrui aut me exponi.

Sed priuilegia, inquis, uestra hac obstinatione minuitis. igitur ne minus iuris habeamus, efficiamur haeretici et ne amittamus ecclesiasticae priuilegia potestatis, amittamus ipsam religionem? ne minor sit dignitas apostolicae sedis in paucis, erret in multis? nescio si quis dicat falsitatem sequendam potius esse cum plurimis quam ueritatem seruandam tuendamque cum paucis. an ideo falsitas non erit falsitas, quia cum multitudine tenetur? ideo ueritas non erit ueritas, quia habetur in paruis? cum ueritas non in multitudine, sed in quantacumque sui parte uel portione consistat, religio autem non nisi in ueritate sit fixa, priuilegia uero eius non nisi in eo constent, ubi est firma ipsa religio. an ueritas si in paucis fuerit, ueritas non erit et falsitas in multis non erit falsitas? falsitas in multis maior est error, ueritas in paruo nullum sustinet detrimentum, quia in quantauis sui parte ueritas fixa consistit et sicut multitudo non efficit ut falsitas non sit falsitas, ita nec
311 paruitas efficit ut ueritas non sit ueritas. sunt innumera exempla quibus doceatur in multis falsitate grassante in paucis constitisse ueritatem.

Sed abominamur hoc, inquit. quid igitur faciemus? ne ueritatem teneamus in paucis, erremus in multis? absit, inquis. respuamus ergo uel cum plurimis falsitatem, dummodo teneamus uel in paucissimis ueritatem. nonne toto mundo falsitatem tenente in apostolis ita constabat ecclesia sicut mandabat et ueritas? nonne toto populo deerrante
3 Reg. 19, 18 in septem milibus apud Israhilitas mansit ecclesia? et si cuncta curramus, inuenimus in-
Mt. 7, 13. 14 numera. nonne scriptum est artam et angustam esse uiam quae ducit ad uitam, latam spatiosamque quae tendit ad mortem?

Quid quod illi, inquies, dicunt se tenere quod rectius est? interim iam falsum erit quod se fatentur id tenere quod nos. si enim melius tenent, aliud tenent: iam consequens est ut se probent melius tenere quam nos. si melius tenent, abstineant se a me qui male teneo; corrigi ad fidem et sequi quod melius est, uoluntate debet uenire, non ui. ego illi molestus non sum: ille mihi quare molestus est? ego ut me corrigat, non peto: non petenti quid ingerit? quid se infert inuito? si nullam meam putat esse sententiam, contemnat illam: quid eam tantopere poscit absolui? si poscit absolui, et esse alicuius utique momenti non dubitat et iustae damnationis esse confirmat, qua se teneri declinat obstrictum. itaque fateatur errorem, cui est illata sententia; deponat errorem, et uacua sententia est. si iniusta est, tanto eam curare non debet quanto apud deum et ecclesiam eius neminem potest iniqua grauare sententia. ita ergo ea se non absolui desideret qua se nullatenus

---

U

1 inquis *Maffei* 6 ac *U* at *Maffei* 10 im paucis *U* 12 pacis *U* 13 im paruis *U* in paucis *Maffei* 16. 20. 21/22 impaucis *U* 16 (bis). 19/20. 22 immultis *U* 17 quantauis *scripsi* quanta *U* quantacumque *Maffei* 20 crassante *U* 21 inquis *Maffei* ueritate *U* 38 non absolui *U* absolui non *Maffei*

perspicit obligatum; si uero ⟨quia⟩ ea se iudicat obligatum, poscit absolui, utique non praetendit iniustam, quae eum potuit obligare. atque ab eadem poscit absolui, quia non possit obligare nisi iusta; iusta autem si est, non nisi damnato errore iusta cognoscitur. itaque pro absoluenda iustae obligatione sententiae errorem fateatur; ponat errorem quo eum ligatum tenet iusta sententia, et sublata obligationis causa resoluitur.

EXPL BEATI GELASII DE VITANDA COMMVNIONE ACACII

INC EPISTVLA SCI GELASII AD EVPHIMIVM CONSTANTINOPOLITANVM EPCM

12 Dilectissimo fratri Euphimio Gelasius. Quod plena cupimus atque sincera fidei communionisque catholicae redintegratione firmari, asserit tua dilectio quod alteri solus non sufficit auditus, nisi per litteras spectasset significantiam prouocantem de his quae circa nos dispensatio diuina perfecit, ut sic in secundis uicem salutationis impenderet. non arbitramur uel dilectionem tuam uel aliquem sic hoc sperare potuisse, ut putaret nos uel alium quempiam potiorem quae sunt gesta, referentes debuisse responsa promereri, quia nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter aestimasset. quod si, ut magis opinamur, quasi sociis quibus praeesse Christi munere delegata est, apostolicam sedem institutum sibi nouiter sacerdotem praeeuntibus oportuisse dixisti litteris indicare, fuit quondam ecclesiastica uetus haec regula apud patres nostros, quibus una illa catholica apostolicaque communio ab omni praeuaricatorum libera pollutione constabat; nunc autem cum societatem praeferre malitis extraneam quam ad beati Petri purum redire illibatumque consortium, quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena, id est quomodo dispositionis apostolicae antiqua foedera praebeamus hominibus communionis externae? quemammodum uobis ordinationem suam renuntiatura est, cui uestro etiam testimonio haereticos damnatosque praeponitis? 312 313 Ps. 136, 4

Dicat forsitan tua dilectio [haereticos et damnatos dici Acacium et Petrum]: cur si fas non est, praesentibus saltim litteris ⟨non⟩ colloquamur? quia aliter appellamus

---

12 *Gelas. ep. 3 Thiel*

8—10 Quod — firmari *est formula sollemnis, quae primo inuenitur in Felicis epistulis Coll. Berol.* 26 *et* 31; *nescio quo errore factum sit ut etiam fini epistulae* 31 *apponeretur. brevior forma praemittitur epistulae Symmachi Coll. Auell.* 104

U

1 quia *addidi* poscit *U* et poscit *Maffei* 4 pro *scripsi* de *U* ad (soluendam . . obligationem) *Maffei* 5 et sublata *scripsi* et sublato *U* eo sublato *Maffei*

UFBPW

7 *om. B* EPHIMIVM *U* EPCM *om. FPW* 8 Dilectissimo — Gelasius *UFPW* GELASIVS EVFEMIO EPO CONSTANTINOPOLITANO *B* 9 muniminisque *U* reintegratione *PW* retintegratio *B* solum *B* 10 per litteris *B* expectasset *UFB* de his *om. B* 11 sic *om. B* salutationibus *B* 11/12 impenderet *B* impenderem *UFPW* 12 uel²] uel si *B* 13 alium quempiam *BW*mg aliquempiam *UFPW* 14/15 dubuisse *B* 15 ut *BW*corr *om. UFPW* 16 sacerdotium *B* 17 litteras *B* quod iam *FPW, corr. W* ecclesiasticam *PW, corr. W* uetus *om. B* regulae *B* 18 illud *P* 18/19 libera] liberatione *B* 19 praeferre *BW*corr proferre *UFPW* malletis *B* extraneae *PW, corr. W* 20 cantibimus *UB, corr. U* 21 dispositiones *F* antiquae *B* 22 extraneae *FPW* 22/23 ordinationem suam *B* ordinatione *UFPW* 23 uel uestro *W*mg uero *UFBPW* hereticus damnatusque *PW* proponitis *PW, corr. W* 24 haereticos — Petrum *om. B* hereticus damnatus *PW* hereticos damnatos *W*corr 25 non *addidi*

dominicae mensae participes, aliter qui in eius nobiscum societate dissentiunt; nam et ipse dominus alio modo uerba faciebat a sua praedicatione discretis, alio discipulis regni caelestis secreta pandebat. consequenter [quoque] et apostoli non ita a suo collegio separatis quemammodum fidei domesticis consortibusque loquebantur.

Sed ait dilectio tua tantum circa me sese caritatis habuisse, ut solo ad scribendum fueris
Rom. 10, 17 contentus affectus auditu. legeras sententiam fides ex auditu, auditus autem per
Mt. 16, 18 uerbum dei, illud scilicet uerbum quod confessione beati apostoli Petri portas inferni numquam praeualituras esse promisit, atque ideo rationabiliter aestimasti quia fidelis
Ps. 144, 13 dominus in uerbis suis non, nisi aliquid tale promisisset, instituit unde sponsionis suae promissionem impleret.

314 Agit denique magnas diuinae prouidentiae gratias tua dilectio quod inde monstrauerit sanctarum ecclesiarum se non deserere caritatem, quia me in pontificali sede locauerit non indigentem, sicut ais, doceri, sed circumspicientem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis unitatem. ego quidem sum omnium minimus hominum, satis immeritus tantae sedis officio, nisi quod superna gratia semper operatur magna de paruis. quid enim de me sen-
1 Cor. 15, 9 tiam, cum hoc ipsud de se magister gentium ille testatur, qui se ultimum et non uocari dignum apostolum profitetur ? uerumtamen, ut ad dilectionis tuae uerba redeamus, si ueraciter executus es haec diuinitus mihi fuisse collata, quia et profecto quaecumque sunt bona, dona sunt dei, sequere ergo hortamenta non indigentis doceri et secundum supernam dispositionem uniuersa circumspicientis quae ad ecclesiarum pertinent unitatem, et aduersus diabolum conturbatorem uerae pacis atque compagis, ut asseris, fortiter resistentis. si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt quae a Christo perhibes constituta, aut palam te, quod absit, Christi dispositionibus obuiare depromis aut, da ueniam, lusorie de me cognosceris ista iactare.

Sed consequenter annectis condescendibili me et optima dispositione reuocare posse concordiam. proinde quoniam isto uerbo frequenter utimini, quid sibi uelit, pariter exploremus. optima enim illa est ecclesiae catholicae atque apostolicae dispositio quae docet ad meliora proficiendo conscendere, non ad deteriora descendendo deficere. cum
315 autem dicis condescendere nos debere uobiscum, interim iam uos aut descendere aut de-

---

UFBPW

1 dissentiant *U* nam *B* quia *UFPW* et *om. PW* 3 et *scripsi* quoque et *UF* quoque *PW om. B* a *om. PW* 5 dicit *B* collectio *B* solo *B* solum *UF* non solum *PW* 6 affectus auditu *scripsi* affectu audire *UFPW* auditu *B* legeras *B* lege *UFPW* 7 dei — uerbum *om. W* confessionem *PW* 9 dns *B* ds *UFPW* institui unde de *B* 11 agit *scripsi* ait *UFBPW* igitur *B* magnas *B* nos *UFPW* gratias *B* gratia *UFPW* inde monstrauerit *UF* hinc demonstrauerit *B* ille monstrauerit *PW* 12 se *om. B* pontificale *UFPW, corr. W* 13 uis *W* circumspecientem *B* intendentem *UFPW* 14 hominum minimus *UFPW* 15 officium *PW* prauis *B* 16 ipsum *B* testetur *W*corr se *om. P* 16/17 et — dignum *UFPW* euocari indignum *B* 18 est *F om. B* fuisse *om. B* quia *B W*corr quae *UFPW* 19 sequere] sed quaere *FPW, corr. W* indigentes *PW, corr. W* 20 circa inspicientis *PW, corr. W* qui *B* aduersum *B* 21 conturbatorum *FB* adseritis *B* resistentis *B* resistentem *UFPW* 22 si ergo] sic certa *B* pronuntias aut] pronuntiata *B* perhibens *PW* ut perhibes *W*corr constituta sunt *PW, corr. P* 23 aut] apud *B* obuire *B* da *UFPW* ad *B* 24 iactitare *B* 25 condescentibili *B* condescendibilem *UFPW* dispositionem *U* 26 uellet *UF* 26/27 pariter exploremus *B* explorem *UFPW* 27 est *om. F* 28 a deteriora *B* ad inferiora *UFPW* 29 dicitis *B* conscendere *PW, corr. W*

scendisse monstratis. unde, quaeso, uel quo ista descensio est? utique ex superiore quodam loco ad inferiora quaeque deponens. a catholica apostolicaque communione ad haereticam damnatamque prolapsam uidetis, cognoscitis, non negatis, et non solum uos in infimis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede uultis impelli. condescendere nos uobiscum inuitatis ad ima de summis, nos coascendere uos nobiscum rogamus ad summa de imis. nunc igitur sub conspectu illius excelsae iustitiae iudicet genus humanum quis nostrum alteri debeat oboedire. an dicis, ut cetera nunc omittam, descendit dominus ipse de caelo? descendit plane, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut eius misceretur errori. nonne ipse praemonuit ut qui in tecto consisterent, non descenderent nec ad ea quae in domo uidentur esse tollenda? nonne pro omnibus apostolis clamat unus, qui plus omnibus laborauit, cum de custodia ueritatis ageretur, quibus nec ad horam cessimus subiectionis gratia, ut ueritas euangelii maneret apud uos? uidetis caelestem magistrum condescendere noxiis recusantem? postremo faciamus aliquem corruisse, ad quem benignissime subleuandum paululum quispiam uelit inflecti: ergo ut erigatur iacens, miserentem conuenit inclinari, non ut cum eodem praecipitetur in foueam. igitur per litteras, quas per Syncletium diaconum destinastis, ** de his quos baptizauit, quos ordinauit Acacius, maiorum traditione confectam et uestrarum praecipue regionum sollicitudini uestrae congruam praeberemus sine difficultate medicinam. quo uultis nos ultra descendere? quid tacetis? quid uerecundamini uerbis exprimere quod corde gestatis? ipsa uos saltim uerecundia quam iniquum sit, debuit conmonere. an forsitan ut haereticorum damnatorumque et his uel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus ammitti? hoc non est condescendere ad subueniendum, sed euidenter in inferna demergi. parcite, quaeso, et uobis et nobis. quod si adeo curam uestri non habetis, date ueniam nobis. dolere uel flere possumus et debemus: in haec abrupta deduci nec possumus nec debemus, qui praestante deo nostro sinceram puramque paternae traditionis fidem communionemque retinere et ab omni praeuaricatorum contagione discretam etiam intentato periculo mortis optamus, eligentes, si uelit deus, hic quaelibet illa perpeti quam causas incidere damnationis aeternae. date, inquam, ueniam, si cum uos propter amorem cuiuslibet hominis uel timorem haec libenter incurritis, nos propter amorem dei et timorem gehennae talia refutamus. nec uos credatis dissimulando causas

Mt. 24, 17
1 Cor. 15, 10
Gal. 2, 5
316

UFBPW

3 cognoscetis *UFB* negetis *PW* 4 in *om. B* manentes *BW*^{corr} manente *UFPW* 5 uobis imnitas adimandes ummis *B* coascendere] quos ascendere *B* 7 nr̄i *B* debeat alteri *UFPW* dicimus *B* 8 liberet *PW, corr. W* 9 non *F* praenouit *F* 9/10 non descenderent *om. B* descendere *UF* 10 prae *B* 12 cessibus *B* gratiam *UF* ueritas *om. B* nos *B* 13 condescendere *B* descendere *UFPW* 14 adque *FPW, corr. W* uellet *UF* 16 per *om. B* sinclitium *PW, corr. W* destinatis *B* igitur] *conicio* si sicut *lacunam indicaui e. g. supplendo* rogassetis de his *om. PW* 17 traditionem *PW, corr. W* confecta *UFPW* 18 sollicitudine *BP* congrua *W*^{corr} praeuerimus *P* praeuenimus *W* medicina *FW* nos uultis *UFPW* 19 quid^{2}] qui *F* uerecundiamini *FPW, corr. W* expraemire *F* gratis *B* 20 uerecundam *B* iniqua es *B* iniquum *F* commoneri *B* commouere *F* 22 amitti *B* est non est *F* 23 nobis — uobis *UFPW* curam ūri adeo *UPW* curam adeo *F* 24 uobis *PW* et] uel *B* hac *UFPW, corr. W* autem deducta abduci *B* 25 qui *W* quia *UFBPW*^{corr} 26 pertinere *B* discreta *PW* discreto *B* 27 intemptato *B* in intemptato *PW* eligentis *PW, corr. W* elegentis *F* si *om. FPW, corr. W* uellet *B* qualibet *F* 28 causam *F* incedere *B* datam *B* cum *UFPW* quod *B*

atque personas quibuslibet amicitiis posse subripere, quia neque uos ita subtiles estis qui non possitis intellegi, et nos praestante domino nostro non repperietis incautos. nonne missis huc saepe litteris indicastis cum ceteris haereticis uos Eutychen quoque respuere? hoc si uerum est, aut eos qui communicauerunt Eutychetis successoribus, pariter abdicate aut aliorum quoque haereticorum successoribus communicantes ammittite.

Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem, sicut Eutyches et successor eius, legitur ubicumque dixisse. quasi non sit deterius et non ignorasse ueritatem et tamen communicasse ueritatis inimicis. si aliquis recte sapiens de fide catholica communicet illis ceteris haereticis, inter quos Eutychen posuistis, uel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare; ita ergo nec illius qui Eutychetis successoribus communicando simili sorte tenetur obnoxius. de talibus quippe conuenienter dicitur descendant in infernum uiuentes, qui dum illa fide, qua iustus uiuit, uera atque catholica putantur uiuere, repente aut in prona prauitatis aut in haereticae communionis inferna merguntur. ecce quales Christo ducitis praeponendos, cum ille nec animas
317 nostras sibi praecipiat anteponi. immo et adhuc quaeritis quando fuerit damnatus Acacius, quasi re uera, etiamsi eum nullus ante damnasset, non habuerit ab orthodoxae et apostolicae communionis, cuius praeuaricator extitit et desertor, participatione secludi, sicut etiam quilibet qui fuerit ante catholicus, cuicumque haeresi communicans merito iudicatur a nostra societate remouendus aut in tali sorte defunctus inter catholicorum nomina nullatenus computari. miramur tamen quomodo duo ista simul profertis, hoc est ut et synodum Calchedonensem uos suscipere pro fide catholica profiteamini et eos quos damnauit, sectantium communicatores non pariter generaliterque putetis fuisse damnatos. ostendite ergo quae synodus in unaquaque haeresi non cum erroris auctoribus successores eorum hisque communicantes simulque omnes damnarit et complices. itaque ille uester Acacius, qui Eutychianis heredibus detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est, quae Eutychen Dioscorumque cum successoribus eorum hisque communicantes synodico tenore prostrauit, sicut sequaces illorum Timotheum Petrumque simili definitione deiecit.

Proinde si ea quae in synodo Calchedonensi pro fide et communione catholica uel apostolica definita sunt, uere certeque sectamini, sicut uestra professione multiplici continetur, aut successores ab illa synodo damnatorum hisque communicantes abicite aut si istos

Ps. 54, 16
Rom. 1, 17

UFBPW

1 subrepere *B* subtilis *PW, corr. W* 2 dō *PW* repperitis *PW* non *F* 3 nos *B* 4 hoc si *UFPW* sic *B* qui *om. B* 5 communicantis *F* 6 inquis *UFW*^{corr}, *corr. W* inquiens *B* eutycis *PW, corr. W* 8 ceteris *B om. UFPW* 9 eutychetem *UFPW* succeribus *B* uel eum *W*^{mg} 10 nominari *B* qui *om. FPW* 11 retinetur *B* de *om. B* 12 inferno *UFB* fide *B* uita *UFPW* 13 aut] ut *B* prone *B* 14 merguntur *UBW*^{corr} uerguntur *FP*^{corr} *W* uertuntur *P* ducitis *B* dicitis esse *UFPW* 15 sibi *B* sibimet *UFPW* et *om. U* quaeretis *F* 17 existit *BP*^{corr} *W* 18 qui *om. B* catholicos *BP, corr. P* 19 ad *B* 20 simul duo ista *UF* ista *PW* proferitis *PW* proferatis *W*^{corr} p̄fertis *B* 21 et *om. B* chalcedonensem *U ut solet* 23 ostendit *PW* herese *PW* heresem *UF* non *om. PW* 23/24 erroris auctoribus *UFB* erroribus *PW* 24 hisque *B* his *UFPW* damnaret *UPW* 25 eticinianis *B* eutychianus *F* heresibus *FPW* 26 euticem *B* 27 synodi cum *PW* synodi *B* sicut *UB* si uos *F* sic uos *PW* 28 simul *B* 30 sectamini *B* sectemini *UFW* sectimini *P* 31 successores *BW*^{corr} successorum *UFPW* illo *P*

ammittitis, ea quae in illa synodo pro fide et communione catholica et apostolica sunt praefixa, non solum falso uos retinere praetenditis, sed insuper labefactare conamini et in Eutychianam haeresem sine retractatione recciditis meritoque a catholicis probamini esse uitandi, quia ut talem pestilenti am perpetuo possimus euadere, ea quae contra ipsam ab illa congregatione sanctorum patrum salubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda non solum sedis apostolicae praesules, sed etiam Orientalium regionum catholici censuere pontifices.

An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicauit Acacius? hoc uestris assertionibus edocete, hoc ostendite, hoc probate quibus ille modis, quibus regulis ab Eutychiana fuerit professione uel communione mundatus, ut cum id nihilo minus euidenti rerum cla- 318
ruerit demonstratione conuictum, palam aperteque possitis aduertere ⟨quod⟩ aut debetis uos cedere ueritati aut aduersus hanc manifesta dimicatione confligere. nec uobis blandiamini, quia fidem catholicam profitemini uos tenere, quia et Eutychetis nomen abnuitis, quia ea ueluti praedicare uidemini quae orthodoxa praedicauit antiquitas. clamat enim uobis illa euangelica sententia: aut facite arborem bonam et fructus eius bonos, Mt. 12, 33
aut facite arborem malam et fructus eius malos; ex fructibus enim arbor cognoscitur, id est si uoce, si fide, si professione catholica et apostolica ueraciter gloriamini, huius et communionem recipite, ab haereticorum scilicet damnatorumque uel his aut successoribus eorum communicantium communio ** uobis placet (quid statis? quid circumspicitis?), simul et eorum aperte manifesteque remotis obstaculis dogma defendite
(quid enim iuuat, immo et satis grauat dictis polliceri quod factis negatur), ut non solum per se ipsa haeresis Eutychiana quam sit funesta Christiano sacramento, possitis agnoscere, sed quantas et quam graues haereses in sui definitione contineat.

Ecce ad quae nos praecipitia condescendere prouocatis, ad quae nos uitae aeternae pericula cupitis inclinare. hoc descensu saluare est aegrotantem an conlanguentem consumi? haec erit optima dispositio illa quam memoras, reparandae concordiae an illa potius ut reiectis contagiis perfidorum integra fide, sincera sui communione potiatur communio

---

UFBPW

1 ea] illa *U* in *om. B* illo *UFP, corr. U* communio *B* 1/2 praefixa *B* perplexa *UFPW* 2 falsum *PW* retine *B* perpenditis *PW* sed] et *U* 2/3 eticianam *B* eutychiana *PW* 3 heresim *BPW* retractatione *UFPW* dubitatione *B* receditis *FW* recedetis *PW*corr recidisse *B* a *om. BPW* 4 ut *BW*corr aut *UFPW* talem *om. B* possemus *B* ipsa *UFPW, corr. W* 5 decreta *om. B* releguntur *B* mutilandum *B* 6 catholicis *P* censuere *B* censuisse *UF* in suis se *PW* pontificis *PW, corr. W* 7 ante *P* 8 docete *B* regulis *B* ille regulis *UFPW* 9 si euidenti *B* euidentia *PW, corr. W* 10 quod *addidi* 10/11 uos debetis *UFPW* 11 aduersum *B* manifestam *F* 11/12 plandiamini *F* landiamini *B* 12 quia et *B* quia *W*corr qui *UFPW* eutychis *UFW*corr eutiches *PW* abnuitis *sripsi propter clausulam* abnuere *B* abnuistis *U*corr *W*corr annuistis *FPW* amnuistis *U* 13 qui *U* uelut ipse dicare *B* uidemini *om. B* clamau *B* 14 ille *B* fructos *BF* bonus *BPW, corr. PW* 15 fructos *BF* malus *BPW, corr. PW* ex *B* a *UFPW* 16 si *om. B* siue *B*corr uocem — fidem — professionem *PW, corr. W* catholicae *B* 17 si ab *W*corr haereticorum — damnatorumque] hereticorumque *B* 18 *lacunam indicaui scribendo* communione *et supplendo* discedite si placeat *B* 19 circa inspicitis *PW, corr. W* 21 sit] si *B* 22 quanta *FPW, corr. W* qua *B* grauis *PW, corr. W* heresis *BPW, corr. W* 23 ad *om. B* nos] nosque *F* et ad *B* 24 conlanguentem *F* conlanguente *U* cum languentem *PW* cum languente *B* 24/25 consumit *B* 25 concordia *F* 26 fides *B* potitur *F* partiatur *B*

catholica atque apostolica, haereticorum tabe depulsa, intemerata suae fidei confessione nitatur [adstruere] atque inuicem sibimet congruentis orthodoxae professionis communionisque sit unitas? hanc, sicut dilectionis tuae litterae cohortantur, meis quoque temporibus custodiri qua ualeo prece deposco, quae per tot annos ab illis patribus gloriosis inlibata inuiolataque seruata est. haec enim sicut ipse dicis, deus noster de omnibus quae bene futura sunt, secundum suam ueritatem et regulam gubernanda et praescius ante constituit et singulis quibusque temporibus sua dispositione conuenienter aptauit. haec est uoluntas dei, cuius tu ingeris mentionem, quam ego quoque pro meo modulo, quantum dominus donare dignatur, cupio promptus implere, ut non reus de huius talenti caelestis deminutione repperiar; in hoc talento, sicut ipse quoque nos ammones, incrementum Christi postulo consequi et nullum prorsus incidere detrimentum.

Hinc est quod prioribus dilectionis tuae litteris, sicut tua quoque pagina designauit, pro uestra sumpsi salute tristitiam, ubi comperi quod erat uobis noxium et uerae paci contrarium, non repelli. contristatur enim et apostolus de errore deuiantium et laetitiam recipit de eisdem sua praedicatione correctis; si autem tua caritas, ut dicit, nescio quorum necessitate constringitur, quod, pace tua dixerim, sacerdos pro ueritate promenda nec facere deberet omnino nec dicere, ignoscite nobis hominibus timidissimis, si coartante nos terribili metu diuini iudicii grandi necessitate constringimur, sicut qualescumque ministros Christi decet, animas nostras ponere pro ueritate saluandas quam eas lucrari uelle ueritatis deminutione perdendas, ut non dicam cuiuslibet hominis contra fidem libitis addicendas. istae mihi sunt, quas dilectio tua commendat, certe fidae perpetuae cum eo, quicumque uoluerit, in Christi uisceribus amicitiae. hinc non tam optamus praeponi aliis, sicut ipse dicis, quam cum fidelibus cunctis sanctum et deo placitum habere consortium. haec mihi, quam mandat tua dilectio, pax solida inconuulsa est et perennis; hoc unum uinculum, sicut etiam ipse desideras, salutare, quo cuncta uniri possit ecclesia; hoc quibus est creditum, sicut et ipse deprecaris, protectio diuina perficiat; haec est, quae deus est, caritas, quam deposcis de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. quomodo ergo de corde puro, si haereticorum fuerit participatione polluta? quomodo conscientia bona, si malorum fuerit confusione permixta? quomodo fide non ficta, si fuerit iuncta cum perfidis?

319 2 Cor. 7, 8. 9 1 Ioh. 4, 8 1 Tim. 1, 5

UFBPW

1 eruticorum *B* 2 adstruere *UFPW om. B* congruentes *FPW* 2/3 communionis professionesque *B* 3 coertantur *F* cohartantur *P* 4 custodire *UFPW* 5 seruataque *B* est *om. B* enim *om. B* 6 sunt *B om. UFPW* gubernanda *W*corr gubernandam *BFPW* gubernandum *U* 8 tu *om. B* 8/9 quam *PW* 10 nos *om. B* ammonis *PW, corr. W* ammonens *B* 11 postulo] apostolo *B* incedere *FPW, corr. W* 12 hic *B* 13 salutem *B* tristitia *UF* quod *om. B* pacis *UFPW* 14 non *B om. UFPW* et[1] *B om. UFPW* 15 recepit *F* suam praedicationem *PW, corr. W* 16 pacem *UF* tuam *UFB* 17 debere *B* ignoscetis *B* chortate *B* 18 terribili [terribile *UF*] metu *UFB* terribilem et *PW* terribili et *W*corr grande *UFPW* qualiscumque *F* 19 decet *W*mg decit *B* dicit *UFPW* eos *B* 21 abdicendas *PW, corr. W* addicendam *B* fide *UW*corr fides *FPW* fixe *B* 22 in *om. B* hic *B* non *om. B* 23 sicuti *UF* ipse dicis *B* praedicis *UPW* praedices *F* cum *om. B* 24 hanc *B* est *B om. UFPW* perennem *B* 25 quod *B* 26 hoc est *P* reditum *FPW, corr. W* est *BW*corr et *UFPW* 27/28 et conscientia — puro si *om. B* 29 confusione *om. B* 30 si *om. B*

Quae si prudentia tua, sicut deum precamur, diligenter aduertat, perspiciet apostolicam sedem non uitare pacem, sed haereticorum damnatorumque uitare contagia. quae etiam 320
uos rationabiliter intuentes creditis opponendum populum Constantinopolitanum non permittere submoueri nomina perfidorum. quisnam hoc in ecclesia dei, quaeso te, possit audire, cum utique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria reuocantem, non per deuia gregem pastor errantem? dic mihi, rogo te, grex pro te an tu pro grege redditurus es rationem? certe si uobis hoc placet, multo magis causa nobis est iustior, qui populum Romanum a fide illa sua laudabili maiorum traditione percepta declinare nos penitus non sinentem libenter audimus, si uos Constantinopolitanam plebem ab haeretica communione discedere recusantem non uultis offendere.

Sed nos dicitis debere dirigere qui eam ualeant mitigare. quomodo me auditura est, quem uidetur habere suspectum, si praesules suos despicit ammonentes? nonne ipsis apostolis est praeceptum in aliquibus regionibus uerbi praedicatione non uti, in his quippe Act. 16, 6
in quibus non fuerant audiendi? ueniemus, frater Euphimi, sine dubitatione ueniemus ad illud pauendum tribunal Christi, ut taceam quia et hic sit metuenda uindicta, et circumstantibus illis a quibus fides ista defensa est, non illic infitiationibus, non dilationibus, non illusionibus est agendum, sed manifestissime comprobandum utrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum quos regendos accepit, quicquam subtraxerit ad salutem an eam abscultare nolentium etiam cum suo periculo rebellis extiterit et obstinata pernicies. ibi certe dilucidabitur utrum ego, sicut putatis, acerbus asper et nimis durus difficilisque sim uobis, qui curationem uestram salutemque parturio, qui clamo: etiamsi austerum uidetur antidotum, accipite, quaeso, bibite, uiuite, nolo ut moriamini, an uos, qui 321
a noxiis prohibiti medicos ducitis execrandos, immo qui uultis uobiscum medicos aegrotare quam uos recipere sanitatem.

Et alia manu: Deus te incolumem custodiat.

EXPL AD EVPHIMIVM EPM CONSTANTINOPOLITANVM

UFBPW

1 deum *om. B* precamur *Wmg* praecamus *U* praedicamus *BFPW* perspiciet *scripsi* perspicet *B* perspicit *UFWcorr* praespicit *Pcorr W* prospicit *P* 2 contagium *B* qua *UF, corr. F* 3 credetis *PW* constantinupolitanum *U* 4 nomine *FPW* hoc *om. B* 5 utique] taque *B* 6 deuiam *B* pro² *om. F* 6/7 redditurus es pro gregationem *B* 7 placet hoc *B* 8 malorum *PW corr. W* 9 constantinupolitanam *U* 9/10 ab heretica communione *BWcorr* ad hereticam communionem *UFPW* 10 discedere *BWcorr* desciscere *U* disciscere *F* discere *PW* 11 me *om. B* 12 susceptum *PW, corr. W* presolas suas *F* non *B* 13 praedicationem *PW* uti *B* ut *UFPW* in *om. F* 14 in quibus *UB* iniquis *FPW* eufemi *W* uenimus *B* 15 taceant *FPW, corr. W* et hoc *F* ex hoc *PW* sit *B* sint *U* sine *FPW* 16 infitiationibus — illusionibus] infidationibus *B* 19 an] ad *B* nolentium *B* nolentia *UFPW* exstiterit *B* exsisteret *UF* existere *PW* 20 delucidabatur *PW* delucidabitur *Wcorr* delucidabiter *F* 20/21 dificileque *F* difficilique *PW, corr. W* 21 sum *B* cum rationem *BPW, corr. W* arturio *B* 22 ibite bibite *B* ut *B om. UFPW* nos *B* 23 medicus *F* dicitis *B* quia *UFPW, corr. W* 25 EXPLICIT ET ALIA MANU *F* et — manu *om. B* incolomen *PW* 26 Explicit epistola papae gelasii ad ufimium *B om. FPW*

EPISTVLA PAPAE GELASII AD SVCCONIVM EP̄M AFRVM

apud Constantinopolim constitutum, qui persecutione Arrianorum de Africa fugiens Constantinopolim inprouide communicando in praeuaricationem Calchedonensis synodi arguitur conruisse, ut corrigat

339 **13** Cum tuae dilectionis in Christo constantiam feruentemque doctrinam celeberrima loqueretur opinio, dici non potest quantis gaudiis exultauimus in domino quod uas egregium belli tempore maxime profuturum diuina gratia praeparasset teque uotis omnibus ambientes et quasi comminus constitutum toto cordis affectu comitabamur absentem. sed tristi subito rumore percussi consternata, fatemur, mente concidimus haesimusque diu utrum ad caritatem tuam super his litteras mitteremus. nam loqui prohibebat dolor, tacere Christi affectio non sinebat interque ista fluctuantes uicit diuina scientia, qua toto
340 scripturarum corpore perdocemur aliqua temptationum subreptione praeuentos caritate libera commonere. communicasse enim dilectionem tuam in partibus Orientis aduersariis ueritatis primum fama detulit, deinde plurimorum relatio non spernenda patefecit; quod ne temere credidisse nos arguas, si falsum est ⟨, quod⟩ optamus, da ueniam de te
Prou. 27, 6 sollicitae pietati; si uerum est, accipe salubria, quaeso, patienter amicorum uulnera castigantum, qui perniciosa subisti inimicorum oscula blandientum. itane tu, amantissime et dilectissime, aduersantia catholicae regulae consortia suscipere potuisti tantumque nefas in te inuenit effectum, quod uel cogitationibus tuis obrepere potuisse non creditur? itane tu delegisti praesentis temporis ferre iucunditatem magis quam affligi cum populo dei? stupet animus, mens sauciata subcumbit, maerentia corda deficiunt nec tamen dolori tanto par lamentatio repperitur. nonne tu ille es qui spretis regum minis et saeuientium barbarorum feralia iura despiciens simul patriam facultates et honoris sacerdotalis priuilegia posuisti, ut ea perpetua recipere merearis in Christo? quid igitur nunc agimus? decolorasti gloriam, uiolasti confessionem, intercepisti uictoriam quantoque apud apostolicam sedem de tuo nomine fiducia gratiaque crescebat, tanto nunc accedit miseranda confusio. itane non senseras quod duobus cornibus praeludendo uno eodemque tempore
1 Ioh. 4, 3 non minus in Oriente quam in Africa Iesum soluere niteretur antichristus, cum et illi sic deum faterentur ut deus non sit, et isti sic hominem praedicent, ut hominem uacuare contendant, interque funesta pericula quid prode est euasisse praecipitium, si recedatur in bara-
Rom. 1, 32 thrum? ante oculos non redibat quod non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus simili damnatione censentur? uae si eruditionem tuam tantum latuit scelus; uae amplius si non latebat et gestum est. nam si nihil aliud, hoc unum dilectioni tuae potuit ad haec praecauenda sufficere ne [te] illorum communioni miscearis quibus communionem suam beatum Petrum diu noueras denegasse. sed cum te scripturis refertum

---

13 *Gelas. ep. 9 Thiel. primus edidit F. Bianchini. Sacconius Vzialensis [sic cod. Laudun. 113 f. 25] enumeratur inter eos episcopos Africae proconsularis qui ab Hunerico Vandalorum rege sexto regni eius anno [484, cf. Chron. min. 2, 92] in exilium missi sunt, cf. L IIII 1141 = M VII 1156*

U

2 persecutionem *U* 3 synodus *U* 5 doctrina *U* 9 concedimus *U* 11 inter quae *U* 12 praebentus *U* 13 dilectione tua *U* orientes *U* 15 quod *add. Maffei* uenia *U* 17 inimicorum *Bianchini* amicorum *U* 20 diligisti *U* 22 menis *U* 23 facultatis *U* honores sacerdotales *U* 31 rediebat *U* 34 te *deleui* misceares *U* 35 diu *scripsi* cui *U*

et catholica institutione pollentem cuncti respicimus, tanto consolationis exitum non habemus quanto te perpendimus scientem petisse foedera perditorum. quis itaque Ier. 9, 1
dabit capiti nostro aquam et oculis nostris fontem lacrimarum? nunc uere de patria conuersatione discessum est, nunc uerum sentitur exilium ** nam illud salutis causa est, haec ruinae. nec nos inaniter in te uno perpeti cuncta iactamus, cum secun- 341
dum apostolum et in cuiuslibet membri gloria cuncta membra congaudent et in quacum- 1 Cor. 12, 26
que parte corporis conuulsa omnis conpago uexatur. et nos quidem pro affectu quem tibi debemus, prudentiae tuae cruciatum nostrorum uiscerum duximus intimandum; tuae conscientiae intererit quemadmodum ab his laqueis expediri non rennuas. nobis enim in utroque fructus non uacuus erit, si uel, quod desideriis omnibus inploramus, de tuae salutis et famae redintegratione gratulemur uel si, quod absit, nostra scripta contempseris, adiuuando fratri minime defuisse uideamur. EXP

INC EPISTVLA BEATI PAPAE GELASII AD NATALEM ABBATEM

14 Dilectissimo filio Natali abbati Gelasius episcopus. Quamuis pro beati Petri 338
apostoli moderamine diuinitus instituto quo sedis eius uicarii cunctae sint ecclesiae debitores, ad fratres et coepiscopos meos per Dardaniam constitutos conpetentia scribta dederi- Coll. Auell. 79
mus antiquae fidei communionisque tramitem subsequentes, ut cauere ualeant contagia perfidorum et nobiscum inlibatum tenere consortium, tamen dilectionem quoque tuam non destitimus desiderantes affari, cuius et sollicitudinem de noxiis quibusque uitandis et in retinendis quae ad utilitatem pertinent Christianam, laudabilem perspeximus esse feruorem, ex litteris scilicet quas ad fratrem et coepiscopum meum Serenum tua caritas destinauit. proinde conlaborandum sibi tua dilectio perpendit euangelio dei et aeternae salutis intuitu etiam aduersantia quaeque toleranda constanter, ut nullum subeat, quod absit, caelestis regni dispendium, ad quod utique, nisi legitime certauerit, non potest peruenire. tanto enim praestante domino nobis est instandum uigilandumque, quanto sub ipso fine iam mundi uehementior humani generis hostis insistere non quiescit. nihil significamus omissum quod aut ** corruptioni rerum quas in ecclesiis Orientis seminauit inimicus, patrum regulis congruentem possit adhibere medicinam. sed quid facimus? quia obduratis auribus uocem refugiunt ueritatis audire tantaque uis morbi saeuientis incubuit, ut secum malint saluos quosque letaliter aegrotare quam ipsi recipere sanitatem, nunc infitiantes uniuersa quae ipsorum chartis, ipsorum subscribtionibus adprobamus, nunc cum manifesta rerum fuerint luce conuicti, palam aperteque fatentes errorem, nolle se tamen re-

---

U

3 aqua *U* 4 *lacunam indicaui, ut* haec *habeat quo referatur, e. g. supplendo* nunc completa est relictio sacerdotii 7 omnes *U* uexitur *U*

14 *Gelasii ep. 8 Thiel*

U

13 NATALE ABBATE *U* 15 sedes *U* cunctis *U* 17 ut] et *U* 23 intuitum *U* tolerando *U* 24 dispendio *U* potest *scripsi* potes *U* 26 hostes *U* 27 *lacunam indicaui e. g. supplendo* animorum peruersitati aut corruptioni *scripsi* correctione *U*

uerti ad uiam purae confessionis communionisque testentur, sed nos potius expetant suis praeuaricationibus inplicari, quapropter largiente Christi gratia magnis studiis est agendum ut quia de uita perpetua uel amittenda res agitur uel tenenda, demus operam quidem
1 Tim. 5, 22 si aliquos ex illis operante domino saluare possimus; alioquin, sicut ait apostolus, te ip-
339 sum castum custodi. perire uolentium nitamur declinare perniciem et quod solum facere debeamus, diuinam pro illis exorare clementiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti detinentur sub ipsius uoluntate, ut ab obstinatione mortifera respirantes, quam pestem se humanitus incidisse etiam ipsi sentiunt, inutili uerecundiae langore deposito ad recuperanda remedia sempiterna libero corde resipiscant. haec ergo cognitis quae, sicut diximus, ad regionum uestrarum sunt directa pontifices, et ipsi protegente uos domino debetis esse conuenienter instructi et prouinciis eadem quibusque contiguis fiducialiter praedicare. nihil est enim quod pauere debeamus, cum certum sit a caelesti praesule non derelinqui quos suae ueritatis praestitit arma tractare, nec quicquam uide-
Mt. 10, 39 amus ei ullatenus praeferendum, cum ipsas animas nostras pro earum nos uoluerit salute contemnere. qualiter autem uel proficiat ibidem religionis integritas uel quid forsitan adseratur, saepius nobis uestra dilectio non omittat ostendere, ut necessaria Christo tribuente subsidia responsis congruentibus ministremus.

Suscriptio papae: Deus te incolumem custodiat, fili dilectissime. EXPL

U

1 expectant *Bianchini* 7 sub *scripsi* ab *U* 7/8 pestem quam *U* 8 incedisse *U* 9 his *Bianchini* 11 continuis *U* 14 uoluere U

II
COLLECTIO BEROLINENSIS

B.....Codex Berolinensis 79 [olim Phillipsianus 1776. Claromont. 571] s. VIIII

L.....Collectio codicis Vaticani

α.....Codex Vaticanus 1342 s. VIIII

β.....Codex Barberinus 679 s. VIIII

γ.....Codex Laurentianus bibl. aed. 82 s. X

H.....Collectio Dionysiana aucta

d.....Codex Vaticanus 5845 s. X

e.....Codex Monacensis 14008 s. X

g.....Codex Vallicellianus A 5 s. X

Z.....Codex Montepessulanus 308 s. VIIII/X

s.....Antidotum contra diuersas omnium fere seculorum haereses. Basileae excudebat Henricus Petrus mense Augusto anno MDXXVIII

f. 1[u] EPLAE ROMANORVM PONTIFICVM

Quoniam primorum codicis B foliorum margines superiores putredine deletae sunt, notationes primae et mediae uel totae uel partim interciderunt

f. 2[r] ***

4 * ad Nesto ⟨rium⟩

5 * ad Nestorium

6 * ad Acacium epm Constantinopolitanum

7 * papae ad Zenonem augustum

8 * ⟨Simpli⟩cii ad Acacium Constantinopolitanum

9 * ⟨Sim⟩plicii papae Zenoni augusto

10 VIIII epla Simplicii papae ad eundem Acacium

11 X epla Simplicii papae Zenoni augusto

12 XI epla Simplicii per Vranium ad Acacium

13 XII epla idem Simplicii ad Acacium

14 XIII epla Simplicii p(apae) Basilisco augusto

15 XIIII epla idem Simplicii ad eundem Acacium Constantinopolim

16 XV epla cui supra

17 XVI epla Simplicii papae prbis et archimandritis apud Constantinopolim

18 XVII epla Simplicii idem ad Acacium

19 XVIII epla Acacii ad Simplicium papam a damnatione Petri Alexandrini epi

? XVIIII epla Felicis papae ad eundem Acacium

25 XX epla Felicis papae Andreae epo Thessalonicensi

28 XXI epla Felicis papae clero et plebi orthodoxis Const⟨antinopolim const⟩itutis

27 XXI Felix eps et sca synodus apud beatum Petrum apostolum

29 XXII Felix Rufino Hilario Thalasio prbis et archimandritis

30 XXIII Felix papa Talasio

31 XXIIII epla Felicis papae Vitraniano epo

33 XXV epla Felicis papae Zenoni augusto

34 XXVI epla Felicis papae ad eundem imperatorem

35 XXVII epla papae Gelasii de duabus naturis

36 XXVIII epla papae Leonis

37 XXVIIII epistola papae Gelasii

38 XXX epistola Gelasii papae uniuersis ⟨episcopis⟩ per Dardaniam

39 XXXI epla idem Gelasii papae ad eos quos supra

41 XXXII epla Gelasii papae uniuersis epis Dardaniae constitutis

40 XXXIII rescriptum [et] episcoporum Dardaniae pp Gelasio

B

6 constantinopolitano *B* 7 ....plicio *B* 8. 9 symplicio (*bis*) *B* 10 simplicio *B* erania *B* ad acacio *B* 11 symplicio *B* 12 p̄ balisco *B* 16 ad acacio *B* 17 accacio *B* 19 thessolinicensi *B* 20 Constantinopolim constitutis *scripsi* constituti *B* 22 hilarino *B* 30 uniuersorum per dardanium *B* 31 eo quo *B* 32 dacie *B* 33 et *deleui* dandam pp gelasii *B*

f. 2[u] ***
45 * papae Euphimio
46 XXXVIIII exemplа gestorum
47 XL epla Symmachi papae uni⟨uersis⟩ *
48 XLI epla Hormisdae papae prbis diaconibus *
49 XLII libellus fidei quem constituit papa *
50 XLIII Cyrillus pbris et diaconibus fratribus mon⟨achis⟩
51 XLIIII epla Felicis papae Petro Antiocheno
52 XLV epla Quintiani epi Ascolani
53 XLVI epla Iustini epi Siciliensis ad eundem Petrum
54 XLVII epla Anteonis epi ad eundem Petrum
55 XLVIII epla Faustini epi ad eundem Petrum
56 XLVIIII epla Pamphili ad eundem Petrum
57 L epla faustini epi Rodopensis ad Petrum Antiochenum
58 LI epla Asclepiadis epi ad eundem Petrum
59 LII epla Trifolii prbi et ⟨archimandritae⟩ ad beatum Faustum senatorem contra Iohannem Scytham monachum

1 Ego quidem opinabar etc. *est uersio epistulae Athanasii ad Epictetum, quam edidi* t. I 5 p. 321 sq.
2 ⟨Caelestinus⟩ Cyrillo epo Alexandrinae ecclesiae. Tristitiae nostrae etc. = t.I 2 p. 5 sq.
3 INCIPIT . . . [*abscissa*] CYRILLI EPI AD NESTORIVM . . . [*abscissa*] quidem ut disco etc. = t.I 3 p. 20 sq.
4 INCIPIT CAELESTINI PAPAE AD NESTORIVM. Aliquantis diebus etc. = t. I 2 p. 7 sq.
5 INCIPIT EPISTOLA CYRILLI AD NESTORIVM DVOD CAPIT. Reuerentissimo et scissimo comministro Nestorio Cyrillus et quae conuenit synodus ⟨in⟩ Alexandria de Aegyptiaca diocesi in dno salutem. Saluatore nro = t. I 3 p. 26 sq.
6 Simplicius Acacio Constantinopolitano. Quam sit efficax etc. = Coll. Auell. 61
7 SIMPLICIVS ZENONI AVGVSTO. Olim diuinorum etc. = Coll. Auell. 62
8 SIMPLICIVS ACACIO CONSTANTINOPOLITANO. Quantos et quam uberes etc. = Coll. Auell. 63
9 SIMPLICIVS ZENONI AVGVSTO. Proxime quidem cum etc. = Coll. Auell. 64
10 SIMPLICIVS ACACIO CONSTANTINOPOLITANO. Proxime quidem dilectioni etc. = Coll. Auell. 65
11 SIMPLICIVS ZENONI AVG. Venerandos mihi etc. = Coll. Auell. 66
12 SIMPLICIVS ACACIO PER VRANIVM. Miramur pariter etc. = Coll. Auell. 68
13 SIMPLICIVS ACACIO Constantinopolitano. Antiocheni exordium etc. = Coll. Auell. 69
14 SIMPLICIVS BASILISCO AVGVSTO. Cuperem quidem etc. = Coll. Auell. 56

B

1 euthimi.. *B* 2 gestarum *B* 7 a petro *B* 9 sicinensis *B* 10 antiothis *B* 13 *postulatur* Flacciani rodonensis *B* 15 archimandritae *addidi* a beato fausto senatore *B* 16 iohanne LIII excuta monacho *B* 24 synodis alexandria *B* 33 uenerandus *B* 34 PRO *B* 36 BASILICO *B*

15 SIMPLICIVS ACACIO CONSTANTINOPOLITANO. Cum filii nostri etc. = Coll. Auell. 57

16 SIMPLICIVS ACACIO CONSTANTINOPOLITANO. Quantum presbyterorum etc. = Coll. Auell. 58

17 SIMPLICIVS PRBRIS ET ARCHEMANDRITIS AP CSTANPLM CSTITV. Per filium nostrum etc.= Coll. Auell. 59

18 SIMPLICIVS ACACIO CONSTANTINOPOLITANO. Cogitationum ferias etc. = Coll. Veron. 2. *eadem series epistularum* 18—24 *extat in Collectionibus codicis Vaticani* [*L*] *et Dionysiana aucta* [*H*]

19 INCIPIT EPLAE EXEMPL QVEM MISIT ACACIVS AD SIMPLICIVM PAPAM VBI DAMNATVM RETVLIT PETRVM ALEXANDR. Dno beatissimo sco patriarchae episcoporum Simplicio Acacius. Sollicitudinem omnium etc. = Coll. Veron. 3

20 *Felicis ep. 1 Thiel*

INCIPIT EPISTOLA BEATISSIMI FELICIS PAPAE AD ZENONEM AVGVSTVM PER VITALEM ET MISENVM EPOS 222

Decebat profecto, uenerabilis imperator, post sanctae memoriae decessoris mei papae 223
Simplicii transitum meque in eius locum diuina gratia subrogatum clementiae tuae litterarum munus offerri, quod uel ea ipsa, sicut rerum poscebat ratio, nuntiaret uel officiositatis meae primitias exhiberet, quibus tamen rite depensis etiam illa pariter necterentur, quae ad uestri munimen imperii prosperitatisque eius suffragia pertinerent quantoque essent studio maiore recuperanda, tanto dignioribus internuntiis explerentur. itaque conueniens fuit ut Vitalis et Miseni fratrum et coepiscoporum meorum et famuli uestri Felicis ecclesiae defensoris ad uos necessaria legatio mitteretur quae non tam baiuli specie ista deferret, quam mea uice pergens me quodam modo uobis faceret esse praesentem. per hanc igitur uelut cominus honorificentiae functus alloquiis precor ut supplicationem meam benignis auribus sicut princeps Christianus accipias. nec aestimet pietas tua quod quisquam magis sincera mente te diligat quam qui te pacem cum deo uult habere perpetuam, quando fideli mente non ambigas et temporalis culminis potestatem et aeternae uitae consortia de superna propitiatione pendere.

B

2 presbitorum *B* 9 EPLA *B* SYMPLIV *B* 10 subplicio *B*

Simplicio d. 10. m. Mart. 483 mortuo ordinatus est Felix d. 13. eiusdem mensis

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

13 EXEMPLVM EPISTOLARVM *LH* BEATISSIME *B* PAPAE [*om. Lγ*] FELICIS VRBIS ROMAE *LH* AVGVSTO *B* 14 EPIS *B* EPM *L* 15 dicebat $L^{\beta\gamma}$ *H*, *corr. Hg* praefato [praefato et H^{d}] *H*, *corr. Hg* ad imperatorem *H*, *corr. Hg* post] quod *H*, *corr. Hg* decessores *B* 16 transitu *H*, *corr. Hg* transietu *B* neque *B* 17 manus L^{α} *H*, *corr.* L^{α} ipsa *om. H* nuntiare *H* 18 a quibus *H* defensis *LH* iam *B* 19 a *H* eius] et *B* suffragita *B* 20 recuperanda *scripsi* cuperanda *B* curanda *LH* 21 famili *B* 22 defensioris *B* mittere *H* quem L^{γ} quod *H* tamen *LH*, *corr.* L^{α} baiulis *L*, *corr.* L^{α} 23 deferent L^{β} *H* deferrent $L^{\alpha\gamma}$ qua *L*, *corr.* L^{α} 25 accipias $L^{\alpha\gamma}$ accipiat L^{β} accipies *BH* 26 incerta *B* qui] per *B* 27 ambiguas *H* 28 consortia *scripsi* cumpercia *B* commercia *LH*

Ecce iamdiu est quod beati apostoli sedes datis per beatae memoriae decessorem meum ad serenitatem tuam litteris expectat anxia et nullum recipit pro catholica fide et pro ecclesiarum tranquillitate responsum, praesertim cum tuam conscientiam, gloriosissime princeps, metuendis obstrinxerit illa sacramentis, ne sedem beati euangelistae Marci a doctrina magistri sui uel communione permitteres separari. sed quoniam praefati decessoris mei longa incommoditate faciente haec eadem crebrius iterare non potuit, per meae nunc humilitatis officium sollicitius repetere non quiescit. rursus ergo apostoli
224 Petri ueneranda confessio maternis te uocibus ut suorum praecipuum filiorum compellere non desinens confidentia tuae pietatis exclamat: Christiane princeps, cur me a uinculo caritatis quo ecclesia uniuersalis astringitur, permittis incidi? cur in me abrumpi sinis totius orbis assensum? quaeso te, fili piissime, ne tunicam domini, quae desuper contexta per totum in unum corpus sancto spiritu ubique redigente indiuiduam fore Christi figurauit ecclesiam, ulla patiaris fraude uiolari neue cuius inter ipsos qui crucifixerunt saluatorem, mansit integritas, tuis uideatur temporibus esse discissa. nonne mea fides est, quam solam esse ueram et nulla aduersitate superandam dominus ipse monstrauit,
Mt. 16, 18 qui ecclesiae suae in mea confessione fundandae portas inferi numquam praeualituras esse promisit? haec te renatum ad regiam sustulit dignitatem atque ab eius inpugnatoribus potestate detruso praeualendi tibi denuo uiam in ipsius defensione patefecit. uerum quaeso propone etiam exempla gestorum et hanc uicem meis repende beneficiis, ut quae per rerum examina conprobasti, et periculosa praecaueas et subsidia recuperatae digni-
225 tatis adfectes. haec ego quem deus esse uoluit praedictae sedis antistitem, uel pro mei ordinis qualitate uel pro tuae securitatis intuitu huiuscemodi ideo promenda iudicaui, ut non, tam per eius qualemcumque uicarium quam praesentis apostoli uelut auctoritate commonitus altius uias et diuinae reuerentiae et humanae conditionis aspiciens, quod absit a tua mente, [non] ingratus existere uidearis conlatae felicitatis auctori. redeat, obsecro, in animi tui intima deliberatione conspectum quae inimicos tuos facta deiecerint, quae te ad imperiale fastigium deo comitante reuexerint, qualiter illi cum nefanda dogmatis reiectione

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 sedis *BLH*, *corr. L*^{a} decessore meo *B* 2 recepit *L*$^{\beta}$ *H* 3 tranquillitatem *H* praesertim] praesentium *H* 4 metuendi obstrinxerint *B* sede *H* 6 incommoditatem *H* potui *H* 7 me *BL*$^{\gamma}$*H* solicius *B* 8 materne iste *L*$^{\gamma}$*H*^{dg} mater iste *H*^{d} *corr.* praecipuum *Thiel* praecipue *BLH* principem *L*^{a} *corr.* 9 confidentia *L*$^{\beta\gamma}$ confidentiam *H* confidentiae *B* ante praesentiam *L*^{a} *corr.* me a] nec *B* 10 ecclesiam *B* me abrumpi sinis *scripsi* mea abrumpis in his *B* mea rumpis inis *L*$^{\beta}$ mearum piis in his *L*$^{\gamma}$*H* mearum discissione rerum *L*^{a} *corr.* 11 p̄bes assensum *L*^{a} *corr.* urbis *B* nec *BH* unicam *B* 12 regente *H* 13 nullam *B* fraude *B* sorde *LH* sorte *L*^{a} *corr.* 14 dicissa *B* discisa *H* 15 nullam *BL*^{a}*H*, *corr. L*^{a} aduersitatem *L*^{a}*H*, *corr. L*^{a} 16 fundande *BL*$^{\gamma}$ fundanda *L*$^{\beta}$ fundante *L*^{a} fundantes *H* praeualetur *LH* 17 haec te] ecce *B* 18 destruso *H* detrusa *B* p̄ua *B* in *om. B* 19 etiam et *BL*$^{a\beta}$ 20 recuparatae *B* recuperatae ad te *H* 21 affectus *BL*^{a}*H*^{de} affectos apponas *L*^{a} *corr.* haec] ne *L*^{a} *corr.* ego *scripsi* ergo *BLH* quem *BL*^{a} *corr.* quae *L*$^{\beta\gamma}$*H* meis *L*$^{\beta}$*H* 22 qualitatem *H* pro *om. H* suae *B* saecularitatis intuitum *H* pro mendax *H* pro merito *L*^{a} *corr.* iudicauit *L*$^{a\beta}$*H* 23 tam *uulgo* tantum *B* tum *L*$^{\beta}$ tu *L*$^{a\gamma}$*H* pro *B* qualicumque *L*$^{\gamma}$ qualecumque *H* uicarius *H* quam *Thiel* quem *BL*$^{a\beta}$ quae *L*$^{\gamma}$*H del. L*^{a} auctoritatem *H* 24 uideas *B* 25 non *om. B* credas non *L*$^{\gamma}$ ut *L*^{a} *corr.* in gradus *B* uideris *B* auctoritati *B* 26 conspectu *B* deicerent *L*$^{\gamma}$ deiecerunt *H* 27 imperialem *L*$^{\beta\gamma}$*H* fastidium *H* commitate *B* reuixerint *L*$^{\beta\gamma}$ reuexerat *L*^{a} *corr.* reuexerit *H* reiectione *scripsi* receptione *BLH*

conciderint et quemadmodum gloria tua haereticorum fuerit depulsione reparata, ut illi contra Calchedonensis synodi uenerabilia constituta beatissimique papae Leonis uenientes scripta in ipsa sui molitione conlapsi sint et quibus modis eorum reformatione ad pristinum remeauerit tua reuerentia principatum.

Liceat, oro, apud te fidenter exerere quae conuenit non tacere. unicum in te superest prisci nomen imperii: ne, quaeso, nobis salutem tuam, pie imperator, inuideas, ne fiduciam pro te minuas supplicandi. causae quibus deus sit propitius, inquirendae sunt, non quibus eius indignatio prouocetur. conuenio contestor obtestor, quoniam metuo horresco formido ne mutatione causarum et earum, quod absit, mutetur euentus. respice potius ad decessores tuos augustae memoriae, Marcianum scilicet et Leonem, et tantorum principum fidem legitimus eorum successor amplectere: debes illorum religioni consensum, debes memoriae reuerentiam. absit a tua deuotione, absit a tua potestate ut talium credaris respuisse iudicium.

Postremo professionem tuam conscientiamque resolidandam sensibus tuae pietatis insinuo. palatii sui facito scrinia recenseri et scripta illa diligentius uestigari quae ad api- 226
cem summae regrediens potestatis ad decessorem meum pietas tua pro communi gratulatione direxerit. his eum nempe magna laude prosequeris quod haereticam tyrannidem praedicationis catholicae uigore contriuerit, quae utique illius uiri praedicatio nihil aliud quam de Eutychianae labis errore prorsus abolendo eiusque sequacibus excludendis ac pro synodi Calchedonensis definitione seruanda reducendoque sanctae memoriae Timotheo rectae fidei sacerdote tota sui textus serie prolocuta est. hic certe tua mansuetudo cognoscit nec res incognitas tuam clementiam proferre potuisse et palam aperteque professam quod laudum tuarum testificatione firmasti. requirantur illa quoque quae ad sanctae memoriae Timotheum orthodoxum Alexandrinae ciuitatis episcopum serenitatis tuae paginae sint locutae, atque ex ipsis actibus intuere nisi Petro ex memorata urbe secluso, qui eius ecclesiae tunc temporis incubabat, supra dictum Timotheum non fuisse reuocatum. uos ad eundem uenerandae recordationis pontificem iam reductum sacra uenerabilia mox dedistis, quibus fideli pectore gloriamini quod sanctae ecclesiae magnae ciuitatis Alexandrinae prouidens orthodoxae fidei dominus noster ac saluator uerum rursus

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 gloriam *B* tuam *B* tua in *H* illis *H* 2 calcidonensi L^{a} calcidonense $L^{\beta\gamma}$ beatissimeque *BL* beatissimo *H* papa *H* 2/3 scripta uenientes *LH* 3 in *om. H* sint *scripsi* sunt *BLH* et] a *H* reformationem BH^{dg} reformationes L^{a} *corr.* 4 remeauerint *LH* tuam reuerentiam *H* 5 exercere *H* conuenit et *B* 6 imperii *L* imperatori *BH* 9 formido emutationem *B* 10 potius $BL^{\beta\gamma}$ propitius $L^{a}H$ augustae] aut gestae *H* marcianus $L^{\beta}H$ leone *H* 11 secessor *LH* religione $L^{\beta\gamma}$ religionem *H* religionis L^{a} *corr.* concessum *H* 12 debes *LH* de his *B* eorumque L^{a} *corr.* ut alium BL^{a} uitalium *H* 14 pro confessionem *B* conscientiamque resolidandam *B* conscientiamque recolendam *L* conscientiam quaero colendam *H* 15 sui *B* tui *LH* 17 direxit *H* eum] cum *H* nimpe *B* semper $L^{\gamma}H$ laudem *B* 19 eutichi meae *B* laboris *H* 20 timotheum *B* 21 sacerdotem *B* sua *H* prolocata *H* 22 ne L^{a} *corr.* tua clementia HL^{a} *corr.* potuisset HL^{a} *corr.* professe *H* professa L^{a} *corr.* 23 laudem *B* quae ad *om. B* 24 alexandrie L^{a} alexandrino *H* ciuitatis *B om. LH* epō *H* 25 memorata urbe] eius memorate urbes *H* 26 incurbabat *H* 26/27 prouocatum *H* 27 eandem $L^{\gamma}H$ 27/28 uenerabilia *B* uenerabili $L^{a\beta}$ uenerabilis $L^{\gamma}H$ 28 dedistis L^{β} dedisti $BL^{a\gamma}H$ dedissetis L^{a} *corr.* magna *B* 29 orthodoxos *H* uerus *LH* utrum *B*

restituerit sacerdotem. ubi manifestum est quia cum hunc uerum dicitis, illum fuisse falsum qui est depulsus, ostenditis et cum in uenerando Timotheo orthodoxae fidei dominum prouidisse testamini, peruersam modis omnibus in Petro perhibetis refutasse doctrinam, non ob aliud nisi quia et ille qui orthodoxus pronuntiatur et uerus, Calchedonensi synodo,
227 sicut eius summissa tenet professio, congruebat et iste qui falsus atque peruersus edicitur, ab eiusdem synodi tramite discrepabat. denique cunctos episcopos Aegypti uniuersosque clericos increpatis uestris generaliter apicibus sancientes [et] nisi intra duos menses ab his quae a principio contra canones, contra ecclesias dei, contra orthodoxam fidem cogitauerant, abstinerent atque ad beati Timothei communionem, quam impie reliquerant, dignae paenitentiae satisfactione remearent, non solum despoliandos honoribus, uerum etiam et Alexandrina urbe et omni Aegyptiaca regione carituros; iniustum enim uideri sicut Christianus imperator adfirmatis, ut qui se ab ecclesia quae ubique terrarum est, segregarent, haberent sacerdotis dignitatem aut ullo sacri ministerii nomine censerentur. uos indigne ferentes ab Alexandrinis seditiones iterum concitari eos qui praeter ordinem clericalem simili deceptione tenebantur, nisi salutaribus monitis oboedirent, tali poena dignos arbitramini qualem non sustinerent nec ultimis criminibus inuoluti. uos Petrum speciali notantes elogio quod inlicite se Alexandrinae iniecisset ecclesiae, omnes qui tam ab eo quam ab haeretico Timotheo iam defuncto fuerant ordinati, si intra tempora definita resipiscerent, ad communionem catholici Timothei mandatis recipi, non etiam ad male praesumpti gradus priuilegia declaratis admitti, consequenter addentes ceteris deteriora subituros, si eligere meliora noluissent. uos cuiuslibet post hanc uanas satisfactionis causas cunctis penitus abstulistis, quia ipsos ab unitatis consortio discedentes recensuistis tulisse iudicium. uos de ipsius persona Petri quicquam denuo refricandum sapienti
228 consideratione tacuistis, quippe quem ab ecclesiae arce deiectum simul peruasi pontificii uideretis scelere notatum nec ullo modo fieri posse ut umquam uel orthodoxis praesideret qui aut a nullis aut ab haereticis fuerat institutus, uel recidiua totiens temeritate uiolentus ouile dominicum subdolus et insidiosus intraret. atque ideo quod corrigendis eius praetendebatis sectatoribus inrogandum, huic iam quasi magistro sceleris rationabiliter

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 hoc *H* dicis *B* fuisset *H* 2 quid *H* ostendetis *B* in *om. B* uenerandum *Lγ* ueruerandum *B* timotheum *BLγ* orthodoxo fide *H* 3 prouidisse *om. H* peruersam *B* peruasam *LH* perhibitis *LγH* refutasset *H* 4 calcaedonensis *B* chalcidonensis *Lβ* sinodi *BH* 5 suum missa *H* congruebat *scripsi* congregabat *BLH* dicitur *B* 6/7 aegyptii uniuersoque cleros *H* 7 et *deleui* 8 contra[3]] contraque *B* 9 atque] ad quem *B* a *Hdg* communione *H* relinquerant *LH* 10 remanerent *L* despoliendos *B* 11 alexandrine *B* uiderit *H* 12 adfirmatis *scripsi* adfirmans *B* adfirmas *LH* ad ecclesiam *H* terrum *B* tenebrarum *H* 13 sacerdotes *LαβH* dignitatem *Lαγ* dignitatis *BLβ om. H* censentur *H* 14 concitari *Thiel nescio unde* concitarunt *BL* cogitauerunt *H* propter *H* 15 deceptionebantur *B* 16 ne *B* ultimis *B* ullis *LH* inuolutis *H* 17 notanter elegio *B* 18 ordinati si] ordinatis *H* infra *LH* 18/19 finita tempora *H* 19 commune *LγH* catholicae *H* non] nam *H* 20 declaratis *scripsi* delegatis *B* debueratis *LH* 21 subiturus *H* hanc *B* has *LH* satisfactiones *H* 22 qui *B* ipso *BH* consortium *H* 23 patri *B* refrecandum *B* defricandum *L* defricandi *H* 24 considerationem *H* ab *om. LγH* deiniectum *B* 25 scelere *scripsi* colere *LβHdg* colore *BLαγHe* notatum *scripsi* mutatum *B* nudatum *LH* posset *H* uel *om. BHd* presidere *BLγ* 26 qui aut] quam ut *H* a *B om. LH* ab *om. Lα H* 27 ouilem *H* 27/28 praetendibatis *B* 28 irrigando *B* magistros *H* rationabiliter *B* rationabilibus *LH*

deputabatis inflictum, ut quibus fomes emerserat ad ruinam, fieret ipse metuendae damnationis exemplum. quod usque adeo uerum est, ut superstite uenerando Timotheo religione sollicita iusseritis, si eidem humanitus aliquid euenisset, non nisi de catholicorum collegio clericorum et a catholicis consecratum substitui debere pastorem, quia utique nullo more, nullo ritu sub uestrae serenitatis obtutibus [haeresis] ipse praecipuus Eutychianae dementiae poterat esse uel dici orthodoxi successor antistitis.

Quo igitur animo bestiam quam a gregibus Christi pie duxistis abigendam, in eorum denuo pateremini saeuire perniciem? certe legibus quas humanis rebus inponitis, mauultis uinci quam promulgare contraria: quanto sacratius feceritis intemerata persistere quae pro integritate retinenda totius ecclesiae protulistis, quo et uere catholici imperatoris auctoritas inconuulsa permaneat et nihil accedat quod actibus apud deum uestrae felicitatis obsistat. cernis enim, uenerabilis imperator, quia ut Calchedonensis synodi indubitata defensio est inimicorum eius elisio, sic uicissim manifestata illius inpugnatio conprobatur hostium uenerandae ipsius congregationis electio. quae congregatio me- 229
morabilis, quemadmodum uerba diuina nos instruunt, neque in dextram neque in sini- Num. 21, 22
stram limitem rectae dispositionis excedit, sed uia ut scriptum est, regia mediaque gradiendo hinc atque inde Nestorii et Eutychetis sacrilega commenta detestans ita magnae pietatis praedicat sacramentum et omnipotentis dei patris consubstantiale consempiternumque uerbum, quod incommutabili deitate descendit et incarnatum est, ab ipso ineffabilis conceptionis exordio, quam sibi in utero uirginis matris potenter instituit, unum eundemque Iesum Christum deum dominumque nostrum, unum eundemque dei hominisque filium, unum eundemque inconfuse indiuise deum hominemque ueraciter permanentem intemerati partus lege prolatum in hoc mundo fuisse conspicuum, diuina simul humanaque gessisse, mortuum atque ex mortuis resurgentem in patris dextera residere itaque inde uenturum, ut est uisus ire in caelum, eatenus profitetur quatenus et librorum memorat traditio diuinorum et Nicaeni concilii formam secuti cuncti retro praedicauere pontifices, sicut eorum tam Epheseno plurima conpetenter inserta conuentui, quo beati papae Caelestini temporibus Nestoriana pestis extincta est, quam datis ad augustae memoriae

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 depodabatis *B* deputabitis *H om. Lγ* formes *H* formis *Hg corr.* emerserat *B* merserat *LH* 2 exemplo *B* quo usque *BL* quosque *H* adeo *Lβ* ad eum *BLαH* ad eam *Lγ* 2/3 est — sollicita *om. Lα* 2 super superstites *H* uenerandae *LβγH* 2/3 religionem *Lβγ* legionem *H* 3 aliquis *LαH* deuenisset *H* 4 collectio *H* substitui [subititui *L*] debere *BL* subiit ut uidere *H* 5 serenitatibus obtutis *H, corr. He* haeresis *deleui* precipimus *B* 6 antistis *BLβγ* 7 quod *B* pie duxistis *B* eduxistis *L* eduxisti *H* 8 seruire *H* pernicie *B* quam *B* humanis] uni *H* inpunitissimi [inpunitissim *Lγ*] uultis *LγH* 9 progulgare *Lαβ* prouulgare *LγH* sacratius *L* sacratis *B* sacrius *H* fueritis *LγH* quae] quaeri *H* 10 quod *B* uera *B* 11 accidat *L* uestrae *om. B* 13 si *B* 14 congregatio *om. H* 15 nos *B* non *LHdg om. He* instruant *LH* dexteram *LγH* 16 limite *LγH* disputationis *B* 17 et eutychesque *L* eutychesque *Heg* eutychisque *Hd* commendat *H* 17/18 ita — praedicat *om. Lγ* 18 praedicat *scripsi* praedicante *B* praedicans *LH* et *scripsi* ut *BLH* 18/19 consempiternus numquid *H* 19 incommutabile *B* incommutabilem *Hg* immutabilem *Hde* incommutabilis *Lβ* deitatis *H* incarnatus *LγH* ineffabilis *B* ineffabili *LH* 21 deum dominumque] dnm *LγH* 22 filiis *B* uerater *B* 23 intemerate *H* partus *B* partis *Lβ* partes *Lα* patris *LγH* prolatus *H* mundum *H* 24 patri *H* 25 ire *om. B* caelis *H* et *om. LγH* 26 cunctis *BLγHg* praedicauerunt *H* 27 sic *H* copetentes *B* quod *BLH* 28 ad *B om. LH*

Leonem papae sanctae memoriae Leonis epistulis capitula subiecta testantur, quibus uir ille permotus consulens etiam totius Orientis episcopos eorumque responsa subscriptionesque super synodi Calchedonensis approbatione suscipiens eam nullatenus passus est mutilari. quo magis Christiana mente perpendetis et hoc esse uerum quod cum diuinis assertionibus catholicorum de toto orbe doctorum longe antequam huiusmodi quaestio nasceretur, consona ubique dicta cecinerunt, et ideo nulla iteratione refouenda quae constat iure damnata, ne non solum causa praesens in omne catholici nominis tendat excidium,
230 sed etiam cunctis haeresibus publica bella resumendi pandatur occasio, si quolibet modo quod semel a ueteribus uniuersaliter decisum est, retractetur. ubi esse iam procul dubio peruidetis Alexandrinae ecclesiae peruasorem funesta diu impunitate grassantem uestris praeceptionibus, quibus merito dudum probatur eiectus, esse nihilo minus addicendum. an non ipse est qui per XXX fere annos catholicae desertor ecclesiae inimicorumque eius sectator et doctor et ad effundendum sanguinem uelox fuit semper et promptus? numquid adhuc istum dissimulatione sumus quadam et coniuentia recepturi, in quo re uera non est opus discussione suptili, quia eius aperta sunt crimina?

Dolet certe pietas tua quod per diuturnos partis alternae grauesque conflictus multi de hoc saeculo uideantur ablati aut baptismatis aut communionis expertes. sub hoc ergo
231 praesule ne non sint baptizati, efficiantur haeretici? ne sine communione transeant, in
Mt. 15, 14 perditorum prauitate deficiant, ut quemadmodum scriptum est, caecus caeco ducatum praebens cum eodem mergatur in foueam? non est hoc, oro te, accessisse remedium, sed creuisse periculum, quando nec sauciis adhibetur fida curatio et sanis inseritur miseranda contagio. nam quod aiunt sedari posse furores suos, si tali rectore potiantur, quid est aliud dicere quam causam nullam superesse certaminis, si haereticis uictoria tribuatur? proinde quibus inferri castigationis aliquid etiam corporalis ut pater patriae benignus horrescis, multo clementius eorum animas non patieris interfici, sed pia dispositione compressos tandem subdi facies catholico sacerdoti, ut et uerae regenerationis effectum et in aeternum sibimet profuturae communionis auxilium consequantur. suggerit uobis

---

9 ubi — 15 *adferuntur in tractatu* 43, 3 [B^1] 16. 17 *adfertur Henoticon, cf. Abhandlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 53, 14—16

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 leonem *BL* leoni *H* 2 cūmotus *B* responsam *B* 3 adprobationem $L^{\beta}H$ ea L^{γ} ea quod *H* 3/4 mutari $L^{\alpha}H$ 4 perpendetis *B* perpenditis *L* perpendistis *H* esset *H* uerum *B* rum $L^{\alpha\beta}$ eorum $L^{\gamma}H$ 6 consonat *H* 7 damnato *B* omni $L^{\alpha}H$ tendant *B* extendat *H* excidium *B* exilium *LH* 8 haeresibus] residuus *H* 9 esset HB^1 procul *spat.* bio B^1 10 peruidentis B^1 alexandrina eccla *B* funesta dium L^{γ} funes stadium *H* funesta in diu B^1 impunitatem *H* 11 esset *H* 12 an BB^1 ad *LH* est *om.* B^1 fuere B^1 *om.* *H* 13 fundendum *LH* et *om.* *BH* 14 adhuc *LH* adhuc et B^1 et *B* desimulatione L^{α} dissimulationem L^{γ} desimulationem *H* quadam sumus B^1 et] ex *H* coibentia $L^{\beta\gamma}$ quohibentia *H* receptur *B* receptori L^{γ} praeceptori *H* re *om.* *B* 15 discussionem *H* aperta *LH* aperti B^1 opera *B* 16 alterna *H* conflictum *H* 17 exper *B* expartes *H* 18 ne *om.* *B* ne *B* et $L^{\alpha\gamma}H$et ne L^{β}, L^{γ} *corr.* communionem *H* 19 ducatus *B* 20/21 accessisse — creuisse *BL* accersisse me decreuisse *H* 21 saucis *L*, *corr.* L^{γ} causis *H* foeda H^{de} feda H^{g} inseritur *B* ingeritur *LH* 22 agunt *LH* in furores [futuro res H^{g}] *H* patiantur *H* 23 superesset *H* siue *H* 24 castigationes *BH* 25 horrescit *H* clementium *B* non patieris] compatieris *H* interfici *B* interpici L^{α} intercipi $L^{\beta\gamma}H$ 26 facias *LH* catholicos *B* et *om.* *H* affectum *B* ut *H* 27 aeternum] eorum *H* subierit *H* nobis *H*

diuina prouidentia facultatem qua diadematum referatis opera praestitorum. depulit ille uestrae regiae uastatorem, uos ab eius ecclesiae ceruicibus inruptionem deturbate praedonum; pacauit ille rem publicam, sicut uester quoque sermo testatur, a tyrannide haeretica liberatam, uos ab ipsius haereseos praeceptoribus populos exuite Christianos; 232
restituit ille uos aulae legitimo imperii iure suffultos, reddite uos magistro discipulum et sedem beati euangelistae Marci ad communionem sacratissimi Petri debita eorum meritis deuotione reducite, ut ipso in uobis opus bonum perficiente qui coepit, securi audire mereamini qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, et ad tuae gloriae cumulum ita uice dei praesideas mundo, ut ueraciter existas diuinitatis imitator atque adhuc in rebus temporalibus constitutus iam experiaris et munus in aeternam tibi beatitudinem praeparatum. Mt. 10, 22

Quia autem cuncta litteris non poterant conprehendi quae negotii qualitas non sinit praeteriri, quaedam ueneratoribus uestris fratribus et coepiscopis meis quibus praesentis cura legationis iniuncta est, proprio apud uos agenda sermone commissa sunt. precor ut ea quoque et audire benignius et indifficulter annuere cum pro catholicae obseruantia ueritatis, tum etiam pro regni uestri incolumitate dignemini. EXPLICIT

21 = *Felicis ep. 2 Thiel*

INCIPIT EP̄LA EIVSDEM FELICIS PAPAE AD ACACIVM ĒPM CONSTANTINOPOLI PER VITALEM ET MISENVM EPOS

Postquam sanctae memoriae decessore meo papa Simplicio de huius uitae cursu superna praeceptione migrante ministerii quod regebat, ad meae humilitatis officium gubernacula peruenerunt, inter diuersas generalis ecclesiae curas quas ubique terrarum cunctis populis Christianis summi pastoris uoce delegante beatissimus Petrus apostolus peruigili moderatione dispensat, continuo me sollicitudo maxima, quae et praecessorem meum incessanter angebat, tam Alexandrinae urbis quam qui status fidei totius Orientalis regionis esset, 233
excepit ac diebus noctibusque perstringens ad domnum filium nostrum Christianissimum

---

B, L [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 qua diadematum referatis *scripsi* quae idem[item *B*] mature feratis [mater efferatis *LγH*] *BLH* depulsit *H* 2 regie *B* religiae $L^{\alpha\beta}$ religio *LγH* 3 perdonum *H* peccauitque *H* urae *B* tyrannidem *B* 4 hereticam *BLβ* liberata *B* libertatem *H* heresibus *B* populus *BLγH*, *corr. B* xpianus *B* 5 restituet H^{dg} restituere H^{e} aulae *om. B* legitime $L^{\beta}H$ imperatori *H* 5/6 et sedem *om. H* 6 beate *B* sacratissimi *B* beatissimi *LH* 7 perficientem *BLβγ* coeperit *LγH* 8 hic *om. L* ad *om. B* 9 uicem *H* mundo ut *B* munda *LH* existas *L* existis *B* existens *H* inmitator *B* 10 exferiaris et *LH* experiare *B* aeternum *BLγ* 12 quia *BLβ* qui $L^{\alpha\gamma}H$ nogii *B* sint *B* 13 uenerationibus nris *H* praesentis *scripsi* sentis *B* *om. LH* 15 quaeque *H* benignus *H* in difficultates *LγH* obseruantiae *BLH* 16 tum] tuum *Lγ* tuae *H* dignimini *B* EXPLICIT *om.* $L^{\beta\gamma}H$ 17 INCIPIT EPLA *B* ITEM *LH* PAPAE *om. LH* EPA *B* CONSTANTINOPOLI *B om. LH* 18 PRO VITA *B* EPM $L^{\alpha}H$ 19 decessori *B* decessoris *LH* mei *LH* pape *BLH* simplici $L^{\alpha\beta}$ simplicii *LγH* 20 misterii *BL* 21 inter] in *LγH* 23 pro decessorem H^{de} processorem H^{g} 24 angebat *BLγ* agebat L^{α} tangebat L^{β} augebat *H* quam qui *B* quamque *LH* esse *BH*^{g} 25 ac] hanc *H* noctibus qui *B*

principem per Vitalem et Misenum fratres et coepiscopos nostros legationem compulit destinare, quae uice mea pietati eius et debita praesentaret officia et pro fide catholica maiorumque nostrorum seruandis constitutionibus supplicaret. ⟨ad⟩ haec igitur illo pergentes par fuit dilectionem tuam directis pariter salutare conloquiis et te consequenter hortari ut aliquando tandem causis te domini communis impendas nec despiciendum putes quod Christi confessione ueridica atque uniuersalis eius ecclesiae definitione uel pro tua pace concorditer exequendum est, si illius et honore cupis esse clarus et nomine. fate-
Rom. 9, 2 mur enim secundum apostolicam uocem magnam nobis inesse tristitiam et dolorem cordi nostro continuandum cogitationibus, quas iuges pro caelestibus negotiis sustinemus. in primis illud quod dudum ante oculos fere omnium uersabatur, occurrit, cuiusnam rei uidelicet interesse iudicamus quod dilectio tua non modo tantis oportunitatibus indesinenter exortis, uerum etiam saepenumero decessoris mei litteris incitata uelut obstinata silentio numquam super hac parte aut consulere quicquam uoluerit aut referre, cum neque nos aliquid temere sinistrum, quod absit, de tua mente conueniat opinari et tamen quia uenerabilium uirorum qui ecclesiam cui praesides, ante re-
234 xerunt, more formaque destituas, nullo modo possit non esse suspectum. certe si, ut non credimus, beati apostoli uicariis reuerentiam tuis deferre fastidis adfatibus, memor saltem sacerdotalis officii pro fidei integritate catholicae, pro paternarum custodia sanctionum, pro synodi Calchedonensis constitutione seruanda, quae Nicaeni conuentus suppeditaret articulo atque eius ubique hostibus conprimendis, sicut orthodoxorum urbis illius imitator antistitum constanter exurgere debuisses, quoniam te aliter membrorum corporis Christi monstrare non possis, nisi nullatenus prouidere desisteres quae eius per totum mundum docerentur prodesse compagi. proinde adire te crebrius decuerat Christianae mentis augustum et causas eidem salutis suae atque ad imperium reditus et conseruandi eius auxilium frequenter ingerere, unde illius inimici conruerint, et qua uia idem surrexerit, nihilo minus intimare, scripta illa sensibus pietatis eius offerre quibus decessorem meum eximia laude sustulit, quod haereticam tyrannidem catholicae ueritatis assertione confoderit, illa quoque quibus Petrum Alexandrinae ceruicibus decussit ecclesiae, ut sanctae memoriae Timotheum reuocaret orthodoxum, nec illa praeterire quibus episcopis

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 mesenum *B* 2 pietatis *BH* presentarent *BL* catholicam *B* 3 seruandisque *H* ad *addidi* 4 pergentes *BL* pergente *H* pars *LγH* directis *B* dilectis *LH* te *B om. LH* 5 hortare *L* te $BL^{\alpha\gamma}$ re L^{β} pater de *H* 6 quid *B* pro tua *B om.* $L^{\beta\gamma}$ de $L^{\alpha}H$ 8 magna *B* cordi *B* cordis *LH* 9 continuam dum BLH^{d} quas iuges *BL* quasi uies *H* procellentibus *H* 10 occurrit *om. B* re *B* 11 uidelicet te *B* *malim* iudicemus quod — tua *om. B* 12 exortis *uulgo* extorris *BLH* obstinuata *LH* 13 hanc $L^{\alpha}H$ partem *H* 14 cumque *H* absit *om. B* 15 conuenit *B* qui] que *H* ecclesia *H* 16 formamque *LH* distitutis *B* ullo *BLγH* illo $L^{\alpha\beta}$ susceptus *H* ut] aut *H* 17 uictoriis *H* tuam tuis $L^{\alpha}H$ referre *B* fastidis *Thiel* fastidiis *BLH* adfatibus *B* affratribus L^{β} affectibus $L^{\alpha\gamma}H$ 18 salutem *BLH* fide *B* 19 synodo *H* constitutionem seruandam *H* 19/20 suppeditaret *scripsi* pendit adet *B* pendet ardet *LH* 21 antistite constante *B* dubuisses *B* 23 ducerentur *H* conpagii $L^{\alpha\beta}$ contagii *H* te *scripsi* recte *B om. LH* decuerat L^{β} docuerat L^{α} decurat *B* decurrat *LγH* 24 augustus *B* eisdem *LH* atque *om. B* ad *LH* ut *B* redditur *H* 25 quae *H* 25/26 surrexerint $L^{\alpha}H$, *corr.* L^{α} resurrexerit *B* 26 intimare ei *H* 27 eximi *B* laudem *BLγ* eo quod *H* 28 in illa *H* petrus *BH* decursit *H* ut *om. BH* 29 sanctae *om. B* praeteriret *H*

et clericis laicisque per omnem Aegyptum constitutis quod diu a Christiana professione deuiassent, sicut catholicus imperator obiectans, nisi intra duos menses ad communionem sancti Timothei et ** honoribus et ecclesiis omnibus quae in illa regione, denuntiauit esse priuandos; simul etiam quibus Petri, quem inlicite se Alexandrinae ecclesiae iniecisse perhibuit, ac Timothei haeretici iam defuncti ordinationes uel ea quae secreto per domos dicebantur actitare, cassauit, nec non etiam illud adnectere quod [cum] Timotheo sanctae memoriae catholico, ⟨cum⟩ fungeretur extremis, diuinae aspirationis instinctu tam ad eius pontificis consulta rescribens quam ad urbis Alexandrinae clerum omni prouidentia mandauerit praecauendum ut si praefatum dominus sacerdotem de terrena conuersatione transire iussisset, non nisi de catholicorum corpore clericorum et qui orthodoxis [fidei] probaretur esse discipulus omnibusque communicaret ecclesiis, atque a catholicis ordinatus succederet defuncto pontifici, nimirum sapienter intendens Petrum, qui aut a nullis aut ab haereticis falsi nominis hunc honorem iactaretur indeptus, catholicae ecclesiae, cuius * temeraria fuerat praesumptione depulsus, numquam posse penitus praesidere. 235

Haec et huiusmodi quae gesta [sunt] dilectionis tuae conscientiam non latebant, conuenerat saepius iterari, praecipue cum in his ⟨a⟩ Christianissimo principe promulgandis, quando ad regiam potestatem deo comitante remeauit, operam tuam missis huc litteris non tacueris uehementer inpensam eisque digna catholico pontifice uoce gloriareris omnes qui contra fidem uestram contraque Calchedonensem synodum et contra praedicationem sedis apostolicae uenire temptauerant, fuisse prostratos. quo magis te pro tuae salutis professione feruentius apud clementiae ipsius aures oportuerat talia incessabiliter allegare ac magnopere deprecari quo nec suam quam catholica mente deprompserat, temerari ullatenus pateretur cuiuslibet subreptione sententiam nec aduersus uniuersalis ecclesiae sanctionem per haereticorum furias, quas deo inspirante pietas eius eliserat, sineret denuo pullulare, quia manifestissime peruideres aut tuam modis omnibus impeti praedicationem, 236
si rursus quae extiterant eidem aduersa, consurgerent, aut eandem sine dubitatione firmari, quando huic reluctantia, sicut dudum fuerant subuersa, iacuissent, ne uel tuae, quod absit,

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 constitis *B* diu a *B* diuina *LH* 2 duo *B* communione *B* 3 sancti *om. H* *lacunam indicaui* et[2] *om. H* in *B om. LH* 4 quibus Petri *om. B* 5 de secreto $L^{a}H$ modos *H* 6 dicebantur actitare cassauit [iactitare cusauit *B* actita recusauit L^{γ}] *BL* dicebant iterare [itare *Hg*] cassauit *H* 6/7 cum *post* catholico *collocaui* cum — diuinae *om. B* 7 fulgeretur *H* ad inspirationis L^{γ} ratio *B* instinctum $L^{\gamma}H$ 8 alexandrina *B* clerus *H* 9 dn̄i *H* terreno *L* 10 transsisse *B* nisi] mihi *H* orthodoxis *B* orthodoxi [orthodoxae *He*] *LH* fidei *LH om. B* 11 ad *B om.* $L^{a\gamma}H$ 12 succedere *B* pontificis *H* numerum *B* petrus *B* quia *B* a] ad *B* 13 honore *B* indeptus *BL* inde petrus *H* catholicam *B* 14 *lacunam indicaui e. g. supplendo* ministerio 15 haec eiusmodi *H* sunt *deleui* latebant *B* latebunt *L* latebat *Hd* latebit *Heg* 16 iterari *B* imperari *LH* a *addidi* 17 potestate *B* comitantem *H* huic *H* 18 inpensu *B* eisque *LH* et isque *B* pontifici *L* pontificis *B* uoce *om. H* gloriareris L^{γ} gloriam reris L^{β} gloriaris $L^{a}H$ glorieris *B* 19 sedem *H* calcedonense *BL*$^{\gamma}$ p̄dicatione *BL*$^{\gamma}$ 20 temptauerunt *B* prostratus *H*, *corr. Hd* quod *LH* tua salute *LH* 21 aures *LH* aut eis *B* 22 catholicam *BHdg* mentem *B* temerari *BL*$^{a\beta}$ te *H om. L*$^{\gamma}$ 23 nullatenus $L^{a}H$ 24 per *BLH coniecerim* perfidas siniret $L^{a}Hdg$ de uno *B* 25 aut *L* ut *B* ad *Hde* ac *Hg* impeti *om. H* p̄dicatione *BHe* praedicationes *Hdg* 26 si *om. Hdg* rursum *H* qui *B* idem *Hg* id est *Hde* eandem quae *Hde* eademque *Hg* sine *B* fine *L*$^{\gamma}$ finem $L^{a\beta}H$ 27 huic *B* huc *LH* iacuisse *B* tua *B*

fidei destitutor uel perfidiae dicereris fautor alienae. error enim cui non resistitur, approbatur, et ueritas cum minime defensatur, opprimitur. deinde cum tibi deo praestante magnam apud domnum filium nostrum religiosum principem familiaritatem esse nouerimus, nulli umquam poterit persuaderi haec dilectionem tuam nequiuisse gerere quam potius noluisse, et ideo quia non inpossibilitatis fuit, sed uoluntatis esse, quod tacetur, ipse quoque non ambiges quid hinc uniuersalis iudicare possit ecclesia.

Vbi est, frater Acaci, labor tuus quem tyrannidis haereticae tempore desudasti? paterisne tandem conscientiae tuae eiusdem perire mercedem? respice apostoli uerba
Gal. 5,7. 3,1 testantis: currebatis bene; quis uos fascinauit? cur eorum fructus, quae rite seminaueras, nunc relinquis? cur inruentibus in ouile dominicum lupis nullam uigilantiam ministerii pastoralis obsistis, sed aequanimiter atque securus commissum gregem
Ioh.10,11.12 aut laniari praespicis aut necari? nonne discernentem recolis dominum et animam suam quidem pro ouibus ponere pii deuotione pastoris, mercennarium autem de his curam penitus non habentem mox ut bestiam forte conspexerit, sine ulla diffugere consideratione
237 testantem? uerum cum tibi fugiendi tam nulla sit causa quam nulla formido est, metuo ne septa dominica non tam pauore deserere quam, quod est detestabilius, sponte uidearis saeui-
Lc. 11, 23 entibus obiecisse. absculta uocem eius⟨dem⟩ domini praemonentis: qui mecum non est, contra me est, et qui mecum non colligit, spargit, et diligenter adtende nihil aliud esse non procurare quae Christi sunt, nisi se palam profiteri eius inimicum. non de-
Mt. 28, 20 speremus, frater, ueram saluatoris nostri esse sententiam, qua se usque in finem saeculi
Mt.16, 18. 19 ecclesiae suae non defuturum esse pollicetur nec ab inferni portis eam dixit esse superandam, quia omnia quae per apostolicae scita doctrinae ligarentur in terris, nec in caelestibus memorantur absolui, neque putemus quod quibuslibet sit uallata periculis, umquam pondus uigoris sui uel censura beatissimi Petri uel auctoritas uniuersalis amittat ecclesiae, quae quanto magis cauet ne mundi prosperitatibus intepescat, tanto non frangitur, sed potius erudita diuinitus crescit aduersis. ubi prospiciendum est ne eam quae nullis potes obrui molibus procellarum, quicumque submergere nititur in huius saeculi pelago fluctuantem, ipse potius a gubernatione salutari in profunda deiectus illa praeualente mergatur

---

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 fauctor $L^{\alpha\beta}$ factor $L^{\gamma}B$ resistetur *B* 2 cum] cui *H* praestante *om. B* 3 magna $L^{\beta\gamma}H$ domnum] hominem *B* familiaritate esse *LH* familiari tuae messe *B* 4 persuadere *B* suaderi *LH* hac L^{α} ac *H* neque uis egregere *B* 5 noluisset *BH* et *om. B* possibilitatis *H* fuit *om. BH* sed uoluntatis *om. H* esset *H* 6 ambiges *B* ambigis *LH* posse *B* 7 quam *LH* tyrannis hereticis *B* 8 paterisne tandem *BL* patescit denudandum *H* 9 testanti *B* testantur *H* nos *B* confascinauit *H* cum *B* fructus *BL* fratres *H* 10 seminas ueras L^{β} semitas uras *H* inuentibus H^{e} inbentibus H^{dg} ouilo *B* dominico *BLH* nulla LH^{g} 10/11 uigilantia *L* 11 obsistit *H* 12 respicis *B* perspicis L^{γ} negari *LH* non *H* 13 deuotione pastoris *BL* pro deuotionem patris *H* mercennarius *L* 14 fortis L^{α} fortem *H* conspexerint *BL* considerationem *B* 15 fugenti L^{γ} fugientem H^{e} fugiendum H^{dg} sit — nulla *om. H*^{d} quam *scripsi* tam BLH^{eg} fortitudo *H* 16/17 seuenientibus BL^{γ} siuidentibus *H* 17 deiecisse *H* obsculta *BH* ausculta L^{γ} eius *BLH* 19 prouocare *H* 20 facere frs *H* ueram *om. B* quia *BL* 21 pollicetur *B* pollicitus *L* pollicitus est *H* portas *B* dixerit [direxit L^{α}] *LH* 22 quia] quae *H* apostolica *B* scita H^{dg} sita H^{e} scit $L^{\alpha\beta}$ sit L^{γ} sedis *B* legantur *B* 22/23 memorantur *B* memorauit *LH* 23 numquam *B* 24/25 quo quantum *B* 26 aduersus *B* 27 obriri *BL* mittur *B* 27/28 fluctuante L^{γ} fluctuantis *H*

Quae cum ita sint, moneo hortor et suadeo ut quae omissa sunt, corrigas et sequentibus studiis de te facias meliora sentiri. neglegere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere nec caret scrupulo societatis occultae qui euidenti facinori desinit obuiare. unde si contra synodi Calchedonensis constituta tendere hostilia corda perspicis et quiescis, mihi crede, nescio quemadmodum te ecclesiae totius asseras esse prin- 238
cipem. ante oculos praeterea non reducis quia non solum in hac causa aduersus omnem catholici dogmatis tendatur unitatem, sed etiam cunctis haeresibus quae se nobis melius sentire praetendunt, resumendi uires atque in ausus pristinos resurgendi late campus aperitur, si semel quod a nostris maioribus est sopitum, qualibet occasione pulsetur. unde iterum atque iterum protestamur ne in abruptum totius ecclesiae status per audaciam contra synodum catholicam insurgere molientium sinatur abduci. in quo quidem certamine firmum fundamentum deus statuit, sicut de eo nobis non licet desperare et nouit dominus qui sunt eius; uerumtamen saluo eo quod in die iudicii talem a nobis ecclesiam certum est, qualem a patribus accepimus, exigendam, etiam in hac uita se ad eam non pertinere cognoscat qui non solum plenitudini eius noxia conatur inferre, sed etiam qui eidem congruentia dissimulat prouidere. absit ut de tua dilectione taliter nos credamus, quem et dudum pro catholica fide uiriliter stetisse reminiscimur et a totius ecclesiae corpore nolumus discrepare. quapropter instantius, quia te sincere diligimus, caritatis intuitu crebro repetitis adhortationibus incitamus ut ipse uicissim et haec deuites quae te ab omni domo Christi ostendant esse disiunctum, et magis illa secteris quae ab eadem te non faciant esse diuisum. multa uero, quia inane fuit litteris uniuersa contingere quae utilitas negotii praesentis efflagitat, fratribus et coepiscopis nostris apostolicae sedis legatione fungentibus uel cum domno filio nostro clementissimo principe uel cum tua dilectione conloquenda mandauimus, quae te aequum est et pro catholicae fidei obseruatione prompta mente suscipere et pro tuae aestimationis intuitu necessariis apud augustae men- 239
tis beniuolentiam suggestionibus adiuuare. EXPLICIT

2—4 *adferuntur in concilio Lateranensi L VI 156 = M X 950*

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 que *B* adque ideo *LH* sit *H* 2 deturpare *LγH* 3 nec caret *BL* negare *H* scripulo [scripulos L^{β}] *LH* euidenti *B* euidenter *LH* 4 instituta chalcedonensis [calcidonensis *H*] *LH* 5 praespicis *LH* te *om. B* 6 ante *BL* ad te *H* 7 se] uel haerese *H* 8 resumendis *H* in usus L^{α} intra usus [usos H^{g}] *H* pristinus *B* latet campis *H* 9 semel] mel *B* sepositum *H* 10 iterum] uerum *H* protestatur *H* aruptum *H*, *corr.* H^{g} 11 catholicum *LH*, *corr.* *Lγ* sinatur *B* se [si *H*] conatur *LH* adduci *B* 12 ds *BLγ corr.* di *LH* non *om. H* 13 diem *H* 14 certum *LH* eorum *B* exigiendam *B* uitam *B* 15 cognosca *B* quia *L*, *corr.* *Lγ* 15/16 qui idem *B* quae idem $L^{\alpha\beta}$ quidem *Lγ* quedam *Lγ corr.* quae eidem *H* 16 congruentiam *BLγ*, *corr.* *Lγ* congruentia sunt *H* 17 ad *BLγ* 18 sincere *B* sincera *L* sincero *H* 19 adorationis *B* et *BL* ea et *H* debitis *L* 20 ostendam *B* ad *B* 21 non *om. H* inane *B* inhorme $L^{\alpha\beta}$ inorme *Lγ* innorme *H* uniuersa quam *Lγ* uniuersa quam uniuersa *H* contingere *B* congerere $L^{\alpha\beta}H$ gerere *Lγ* quaeque *H* 22 et flagitat *BLγ* 22/23 ligationem *B* 23 principem *B* 24 quod *H* te *B om. LH* 25 necessarii H^{dg} necessaria H^{e} 26 beneuolentia *B* adiuuari *LH* EXPLICIT *om.* $L^{\beta}H$

22 = *Felic. ep. 4 Thiel*

ITEM IMPERATORI ZENONI AD LIBELLUM IOHANNIS ēpī ECCLESIAE ALEXANDRINAE

240 Cum sibi redditam pacem compressis per uos haereticis, qui se nitebantur attollere, uniuersalis gauderet ecclesia et uestrae pietatis imperio etiam de inimicis suis uictoriam reportasset, per uniuersum orbem pro salute uestrae serenitatis oratio cunctorum erat ad dominum sacerdotum ut uestra pietas fidei custos et defensor orthodoxae sub aeterni regis propitiatione regnaret, quando uenerandi apices uestri et deo proxima currens de sacro pectore frequenter auctoritas inter gaudia recepti imperii Petrum conuersatum cum haere-
241 ticis et parricidae illi Timotheo quohaerentem a profanis, quia nec ab aliis talis fieri poterat, Alexandrinae ecclesiae episcopum, quantum sibi aestimauerat, ordinatum acceptissima [a] deo praeceptione deiecerat et tyranni litteras quas in euersionem contra fas sacrosancti Calchedonensis concilii definitionis mens insana dictauerat, pro regni sui commendatione uacuauit ac deinde inlicitas ordinationes eius uel Timothei utpote haereticorum irritas fecit atque eos quasi tum extra ecclesiam fuerint, iudicauit. sed nunc eum mutatis omnium gaudiis in maerorem ecclesiae Alexandrinae cognouimus praesidere, quod si uerum est, ut Christianissimo principi coram deo fiducialiter est fatendum, diuino iudicio suggerimus non leuiter esse pensandum, nisi celerius remediis quod in contumeliam
1 Cor. 12, 26 dei factum dicitur, fuerit expiatum. et quia, sicut scriptum est, unius membri tactum totum corpus patitur, passione in persona eius totius Orientis concutiuntur ecclesiae. quod fratrem et coepiscopum meum Acacium Constantinopolitanum respicit sacerdotem, aduersum quem in conuentu mihi ab eo cuius sedem praefatus fertur tenere, libellus oblatus est, quem deplorationibus meae humilitatis annexui, ut idem frater et coepiscopus meus Acacius sicut ecclesiasticis necesse est et uestris legibus fieri decet, ad haec quae de se peruidet intimari, apud beatum Petrum apostolum diluere oboedientiae ⟨se⟩ sedulitate procuret nec ullo modo aestimet differendum, qui sibi, quemadmodum confidimus, bene conscius apostolico deberi iudicio pro sacerdotii sui moderatione non ambiget, ut sacer-

---

11/12 *loquitur de Basilisci encyclio* [*Abhdlg. d. Bayer. Akad.* XXXII 6 p. 49—51]

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 AD IMPERATOREM *H* ZENON *L* ZENO *B* ZENONEM *H* IOHANNI ēpī *B* ēpī IOHANNIS [IOHI *Hd*] *H* EPM̄ IOHANNIS *L* 2 ECCLESIAE ALEXANDRINAE VRBIS *L* 3 se nitebantur [nitebatur *B*] *BL*$^{\alpha}$ sentebantur *L*$^{\beta}$ sentiebatur *L*$^{\gamma}$*H* atollore *B* 4 gaudet ecclesiae urae *B* imperia *H* 5 reportasse et *BL*$^{\gamma}$*H* reportasset et *L*$^{\alpha\beta}$ nrae *B* 6 ut *L* et *BH* 7 propitiationis regnare *B* uenerandus *B* 8 Petrum] patrum *B om. LH* 9 parricida *LH* ad *L* 10 existimauerat *LH* 11 a *deleui* defecerat *H* euersionem *L*$^{\alpha}$ euersione *L*$^{\gamma}$ uersionem *L*$^{\beta}$ uersione *H* auersinione *B* 11/12 sacrum scī *H* 13 euacuauit *L*$^{\alpha\gamma}$*H* auauit *B* ac *BL*$^{\gamma}$ hac *L*$^{\beta}$ haec *L*$^{\alpha}$ ita *H* uelut *H* 14 in ratas *H* quasi tum *scripsi* quantum *BLH* fuerint *L*$^{\beta}$ fuerit *L*$^{\alpha\gamma}$ fuerat *H* fuere *B* 15 gaudium *H* in memorem *BL* inmemor *H* 16 xp̄ianissimum *BL*$^{\alpha}$ fuducialiter *B* fatendum *scripsi* faciendum *BLH* 17 celerius *BL* ceteris *H* contumelia *L*$^{\gamma}$*H* 18 membra *B* tactum *BL*$^{\alpha\gamma}$ tactus *L*$^{\beta}$ tantum *H* 19 passionem *L*$^{\beta}$ passiones *Hg* totius *om. H* 20 acacio *BL*$^{\alpha}$ 21 conuentum *BL* 22 frem̄ *B* 24 prouidet *H* beatissimum *H* se *addidi* sed uilitatem *B om. H* 25 existimet *H* deferendum *B* 26 apostolico — iudicio *scripsi* apostolicum — iudicium [indicium *L*] *BLH* deberi *B* debere *L*$^{\alpha\beta}$ deberet *L*$^{\gamma}$*H* sacerdotibus suis *L*$^{\alpha}$*H* moderationem *H* ambigit *LH*

dotalibus actibus et praedicatione fidei comprobatus primum Christi dei nostri atque omnium sacerdotum ac deinde pietatis uestrae gratia gloriosius perfruatur. EXPLICIT

23 = *Felic. ep. 3 Thiel*

ACACIO $\overline{\text{EPO}}$ CONSTANTINOPOLITANO AD LIBELLUM IOHANNIS $\overline{\text{EPI}}$ ALEXANDRIAE

Episcopali diligentia commonente debuerat dilectio tua ecclesiasticum morem secuta 239
quid responsio sanctae memoriae decessoris mei per uirum deuotum Vranium subadiuuam Coll. A uell.
apud Christianissimum principem, quid apud te quoque litterae ipsius in causa Alexandrinae 68
ecclesiae profecerint, indicare et curam cuius te non inmerito uoluit esse participem, iuncto studio prosperorum significatione mollire, ut catholica fides apud Calchedonensem synodum roborata et iterum firmata responsis omnium qui in eadem resederant domini sacerdotum, quam inopinato rursus haereticorum prauitas inquietat, communi opere inimicis propriis subiacere non permitteretur oppressa. quod cum diu omittitur, superueniens frater et coepiscopus noster Iohannes fugatus ab haereticis peruasoribus sedis Alexandrinae libellum nobis quem sanctae memoriae decessori meo parauerat porrigendum, quantum ex subditis cognoscis, ingessit, quem morem maioris sui beatae memoriae Athanasii exemplo priorum nostrorum non potuimus refutare. et ideo lectis subditis, frater karissime, ad haec quae proposita esse cognoscis, apud beatum Petrum apostolum, cui preces in nobis oblatas peruides et quem ligandi atque soluendi a domino potestatem sumpsisse non potes diffiteri, in conuentu fratrum coepiscoporumque nostrorum respondere 240
festina, ut in alterutram partem quod iustitia parauerit, ordinantes amotis scandalis ecclesiarum, quas scindi uidemus, reparata concordia et seruata integritate fidei puris mentibus acceptissimas deo faciamus placationis hostias, quas pro omni populo Christiano et salute gloriosissimi imperatoris offerimus. ad quam rem de collegio nostro fratres et coepiscopos nostros Vitalem et Misenum cumque illis a latere nostro fidelissimum nobis Felicem defensorem sanctae ecclesiae Romanae ordinatione direximus, quibus moram fieri non oportet, ne ad indignationem domini prouocandam quae corrigenda sunt, frustrationibus conualescant. EXPLICIT

24 FELIX ACACIO CONSTANTINOPOLITANO. Multarum transgressionum etc. = *Coll. Veron. 5*

10/11 *loquitur de codice encyclio*

B, *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 precatione *B* praedicationem *H* dn̄i *H* n̄raque *B* 2 ac] haec *H* EXPLICIT *om. LβHd* 3 ITEM EPISTOLA FELICIS $\overline{\text{EPI}}$ ACACIO [AD ACACIVM *Lγ*] SVPRA DICTO CONSTANTINOPOLITANO VRB $\overline{\text{EPO}}$ *L* ITEM EXEMPLA FELICIS $\overline{\text{EPI}}$ AD ACACIVM SVPRA DICTVM CONSTANTINOPOLITANAE VRBIS $\overline{\text{EPM}}$ *H* 4 ALEXANDRINAE *B* 6 quod *H* 8 te *om. B* uoluit *H* noluit *BL* cuncto *LγH* 9 molire *LH* 12 subiaceret *H* non *om. B* 15 cognoscitis *B* agnoscis *LH* more *B* 16 refrenare *H* 17 praeposita *H* 18 qui *H* deligandi *B* atque] at *B* 19 potest *LH* conuentum *BLβ* et coēporum *H* 20 alterutrum *B* iustitiam *LHe* paruerit *B* 22 facimus *L* 24 cumque illis *scripsi* cum quibus illum *BLH* nobis *B* nr̄m *LH* 25 ordinationem *H*; *coniecerim* ordinandam morem *B* 26 prouocandum *H* 26/27 frutuationibus *B* 27 EXPLICIT *om. LβHeg*

25 = *Felic. ep. 18 Thiel. primus edidit Sirmond in Append. codicis Theodosiani p. 169*

INCIPIT EXEMPL̄ EPISTOLAE PAPAE FELICIS AD ANDREAM THESSALONICENSEM

277 Felix Andreae episcopo Thessalonicensi. Quod plena catholicae fidei cupimus redintegratione firmari, sollicitudinem dilectionis tuae, quae ad sedis beati Petri apostoli communionem uenire desideras, libenter amplectimur, sed eam uellemus, sicut orthodoxae ueritatis cautela deposcit, ex omni fieri parte constantem.

26 = *Felic. ep. 7 Thiel. Sirmond l. c. p. 123*

INCIPIT EDICTUM SENTENTIAE FELICIS PAPAE DIRECTVM PROPTER ACACII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DAMNATIONEM

247 Acacius qui secundum a nobis ammonitus statutorum salubrium non destitit esse contemptor meque in meis credidit carcerizandum, hunc deus caelitus prolata sententia de sacerdotio fecit extorrem. ergo siquis episcopus clericus monachus laicus post hanc denuntiationem eidem communicauerit, anathema sit sancto spiritu exequente.

27 Felix episcopus et sancta synodus apud beatum Petrum apostolum congregata uniuersis presbyteris archimandritis orthodoxis Constantinopolim et Bithyniae constitutis dilectissimis filiis in domino salutem. Olim nobis etc. = *Coll. Auell. 70*

28 = *Felic. ep. 10 Thiel. Sirmond l. c. p. 130*

251 Felix clero et plebi orthodoxis Constantinopoli constitutis dilectissimis filiis salutem. Probatam cunctis uestrae fidei firmitatem Vitalis atque Miseni non inrationabiliter opinamur praeuaricatione turbatam, qui uniuersa quae illis mandata sunt, non tantum neglegendo, uerum etiam inpugnando fecerunt ⟨ut⟩ ecclesia Romana consentire damnatis haereticis crederetur, quando contra uetitum his qui a Petro illo haeretico parricidarum socio olim iusteque deiecto et totiens anathematizato directi atque ab Acacio suscepti sunt, nostrorum inmemores mandatorum communicare conuicti sunt nulla contestatione praemissa, quam tamen, sicut his praeceptum fuerat, religio uestrae sanctitatis audiret, actumque est ut, sicuti praediximus, excessus illorum noster crederetur adsensus. quos et ordinibus suis et ueneranda diuini mysterii perceptione priuauimus. nullus ergo uestrum per tale commissum sit inmemor sui nec nos aestimet in apostolicae traditionis

---

B

1 EXEMPLA EPISTO *B* FELIS *B* ANDREM TESALONICENSES *B* 2 salonicensi *B* 2/3 quod — firmari] *cf. quae supra ad Coll. Veron. ep. 12 adnotaui* 2 plene *B* 2/3 reintegratione *B* 3 sedi *B* 3/4 communione *B*

8 statuorum *B* 9 meque *Sirmond* neque *B* 11 idem *B*

13 bytinia *B* 14 dilectis *B*

16 probatum *B* 18 ut *add. Sirmond* ecclesiae romane *B* 19 ueditum *B* 20 iustoque *B* 21 conuicti sunt *Sirmond* conuictis *B* 22 premissi *B* 23 ut *Sirmond* et *B* *coniecerim* excessibus *scripserim* ⟨datus⟩ adsensus 24 diuina *B*

defensione deficere, quos uidetis fidei contumeliam in proditores et perditos uindicasse. scire uos quoque decuit Acacii quondam episcopi uarietatem inconstantiamque detectam, qui cum de Petro isto, sicut probatur adnexis, non ferenda rettulerit atque olim Coll. Veron. 4
dixerit fuisse damnatum, per legatos nostros multis laudibus prosecutus quoque conscientiam fecit et utrum ei quicquam credendum sit, omnes qui timorem dei ante oculos constituunt, iudicabunt. alienarum [canones] quoque prouinciarum sibi iura deferens sanctorum trecentorum decem et octo patrum canones illicitarum sibi ordinationum praesumptor est conatus euertere, quorum etiam ob hoc subiacet ultioni. 252
nec Romanae, id est apostolicae sedis, qua se ipse priuauit, communione iam gaudet, quando Petri Eutychianistae socius et susceptor apparens damnationis eius se participem indicauit. quem nostra quoque sententia ministerii episcopalis officio et sancta communione uestroque numero, id est Christiano, iudicauit alienum, sicut repperitur in annexis. filio autem ep. 26
nostro Salomoni presbytero, quem Acacius, ut placeret haereticis, suo priuare pu⟨tauit **⟩ gradum proprium sententia uestra conseruet uel omnes qui forte a memorato propulsi sunt, ⟨in⟩ locis suis et in nostra communione manere pronuntiet. quamuis autem zelum uestrae fidei nouerimus, monemus tamen ut omnes qui catholicae fidei uolunt esse participes, ab Acacii se communione abstineant, ne, quod absit, simili subiaceant ultioni. EXPLICIT

29 = *Felic. ep. 12 Thiel. Sirmond l. c. p. 134*

Felix Rufino Thalassio presbyteris et archimandritis et ceteris monachis circa Con- 257. 258
stantinopolim et Bithyniam constitutis. Diabolicae artis astutias frequentius experimur, sed malignitati eius deo iubente non cedimus. nam cum ea quae totiens pro constantia fidei disponuntur, fraus eius uacuare molitur, necesse est ut [et] uiribus quas diuina gratia subministrat, conatus ipsius extirpemus. acceptis itaque litteris dilectionis uestrae, quarum Basilius fuit lector interpresque, Tutus, quem ob hoc feceramus defensorem ecclesiae felicis de prouectioribus intra ecclesiam clericis, ut quam dirigi non licebat in Acacium, sententiam ipse portaret, se quadam dementia, immo ardore pecuniae, postquam nostris satisfactum est constitutis, inimicis fidei uendidisse conuictus est atque confessus. lectae sunt enim litterae ipsius in conuentu fratrum, qualiter pacta interposita persona matronae cum condemnato et cui sententiam portarat, se inisse gratatur, quas proprias esse cognoscens non puduit diffiteri. unde eum fidei et sedis apostolicae proditorem

---

B

1 productoris *B* 2 decuit *Sirmond* docuit *B* 3 probatis *B* 4 quoque *B* contra *Sirmond, conicio* ⟨eundem contra suam⟩ quoque 6 canones *del. Sirmond* deferens *scripsi* deffendens *B* 7/8 praesumptor est *Sirmond* presumptores *B* 9/10 eutecenistae socios *B* 10/11 quae nro *B* 11 ministeriis *B* 12 repperitum annexis *B* 13 que *B* pu *in fine lineae B, suppleuerim e. g.* putauit se ministerio posse, putauit gradu *Sirmond* 14 conseruat *B* 15 in *add. Sirmond* 16/17 ab Acacii *scripsi* ad alium *B* ab illius *Sirmond* 17 similis *B*

18 roffino thalasio *B* 18/19 constantinopoli *B* 19 frequentius *Sirmond* requirentius *B* 20 cedimus *Sirmond* decimus *B* 21 uacare *B* et *deleui* qua *B* 23 quorum *B* lator *Sirmond* interpresque Tutus *scripsi* interpretatum *B* inter cetera Tutus *Sirmond* 24 felicis *B, latet ni fallor* ap(osto)licae ut quam *Sirmond* at quem *B* 25 se *Sirmond* sed *B* clementia *B* 28 matronae cum *scripsi* maronem *B* inisse gratatur *scripsi* in his se creditur *B* 29 putuet *B* perditorem *B*

officio defensoris, quod ei ad tempus dederamus, exuimus eumque sacrosancti mysterii communione priuatum praecipitarique cognitione praecepimus monentes dilectionem uestram ut sicut semper fecistis, pro custodia ueritatis iugi obseruatione uigiletis. et quia non est dubium nonnullos ex monasteriis uestris esse deceptos adque inimicos dei seu sponte seu necessitate transisse, obseruandum uobis de talibus hoc esse mandamus ut quisquis cuiuslibet loci apud uos uel sponte se dedit uel mercede corruptus, collegii uestri sit prorsus alienus, quia nisi a fidelibus perfidi sint remoti, reorum discretione sublata laborabunt suspicionibus innocentes et ad uitia facilis hominibus est prolapsus; a proba-
1 Cor. 15, 33 torum consortio contagia repellenda sunt perditorum, quoniam mores bonos colloquia, sicut scriptum est, peruersa corrumpunt. illorum uero aliter causa tractanda est quos constiterit poenis grauibus, ut traducerentur, afflictos, circa quos humaniores uos esse
259 conuenit, ut ad cellulas sub districtione paenitentiae reuertantur et fidelioribus lacrimis eorum quod lapsi sunt, expietur, donec exclusis inimicis et peruasoribus suis catholica purgetur ecclesia. EXPLICIT

30 = *Felic. ep. 16 Thiel. Sirmond l. c. p. 159*

ITEM EXEMPL EPISTOLAE QVAM PERTVLERVNT IN LEGATIONE DIRECTI MONACHI AD RVFINVM HILARVM ET THALASSIUM ARCHIMANDRITAS VRB CONSTANTINOPOLITANAE

273. 274 Felix Thalassio. Post factas litteras ⟨quas⟩ per filios nostros religiosi propositi uiros dilectioni tuae misimus contradendas, ne quid minus pro catholicae fidei custodia diligentior cura prospiceret, caritatem tuam duximus admonendam, ut etiamsi praestante deo nostro nomina damnatorum, id est Alexandrini Petri et infelicis Acacii fuerint de ecclesiastica recitatione sublata aut similes perditionis eorum sacerdotii non permittantur praesumere dignitatem, non prius tua dilectio uel congregatio quam gubernas, Constantinopolitanae ecclesiae uel quicumque eius futurus est pontifex, communicandum esse decernat quam ad notitiam sedis apostolicae cuncta referantur uel ipsius litteris qui fuerit creatus episcopus, uel tuae dilectionis alloquiis, quia sicut per professionem catholicam sedis apostolicae formam secutus es, ut te a damnata communione suspenderes, ita beati Petri sequi debebis exemplum, ut quando eius auctoritate fuerit relata communione, tunc ei etiam tuum noueris miscendum esse consortium. nec quisquam dilectioni tuae omnino persuadeat iam nostram communionem illis partibus fuisse commissam, cum uideas adhuc res in dubio constitutas et apud nos de illic creato pontifice omnia haberi prorsus incerta neque possit cum eo sociari communio, cuius adhuc a nobis nec honor probatur esse

---

B

1 a *B* 2 *conicio* praecipiti ⟨iudicari extraordin⟩ariaque precipimus *B* 3 fecistis *Sirmond* fuistis *B* 4 deceptos *Sirmond* receptos *B* 5 seu¹] seo *B* 6 huius libet *B* ponte *B* marcede *B* colligi *B* 7 reorum *scripsi* rerum *B* 8 ad] et a *B* ut ad *Sirmond* faciles *B* 9 reppellanda *B* 11 humanioris *B* 12 cellulae *B*

16 THALASIVM *B* ARCIMANDRITIS B 18 quas *add. Sirmond* 22 similis *B* 24 cuicumque *B* futuras *B* 25 notiam *B* 26 professione *B* 27 forma *B* suspenderis *B* 28 *coniecerim* reparata communio *Sirmond* 29 ei *scripsi* eius *B* eis *Sirmond* 32 eos *B*

susceptus nec fides atque intentio conprobata. expectet ergo dilectio tua sedis apostolicae iussionem et sic ecclesiae Constantinopolitanae sacra se communione coniungat, si in participatione beati apostoli Petri et catholicae ueritatis desiderat permanere.

DATA KL MAIAS PROBO [ET] FAVSTO V[V] C[C] INDICT XIII d. 1. m.Ma a. 490

31 = *Felic. ep. 17 Thiel. Sirmond l. c. p. 162*

Felix Vetranioni episcopo. Quod unitatis ecclesiasticae plena cupimus redintegratione 275
firmari, multorum relatione comperimus dilectionem tuam et egregiis moribus diuina gratia tribuente pollere et domni filii nostri Christianissimi principis familiaritate subnixam paratamque fraternitatem tuam catholicae fidei causam ut manifestius panderetur, libere et prudenter astruere. quibus de tua mente sumptis indiciis talem te ueritatis auctorem esse perpendimus qualem illic desiderauimus inuenire. gratabamur igitur quod hereditatem suam non usque quaque dominus reppulisset, sed in eorum cordibus flammam rectae confessionis seruaret absconditam, qui siue se a communione confusa penitus abstinerent siue in eam per ignorantiam recidissent, mallent tamen et declarare quae recta sunt, et secundum traditionem ueterum conprobata sectari, atque ideo adloqui caritatem tuam nostro modis omnibus sermone curauimus et de his quae ecclesiam Christi fecerint dissidere, competenter instruere. in Calchedonensi itaque synodo, quae de Nicaeni concilii tenore procedens ⟨pro⟩ Christianae confessionis integritate seruanda tam auctoritate sedis apostolicae quam uniuersalis ecclesiae est celebrata consensu, Eutychem atque Dioscorum constat fuisse damnatos, quorum Timotheus et Petrus extitisse docentur procul dubio sectatores eorumque se communioni nefariae miscuisse, etiam cum a nobis prohibitus est, Acacius, atque ob hoc ex forma synodi memoratae similem cunctos, quae praefixa fuerat prauitati, damnationis incidisse sententiam, cuius se elegerunt esse consortes. unde merito praedictus Acacius apostolicae sedis, quae nunc exsecutrix utique saepe dicti Calchedonensis concilii pro fide catholica tunc probati non debuit esse iteratrix, communione depulsus est, ne per eum, quod absit, nos quoque reddamus complices 276
perditorum, neque Petrum quisquam legitime credat esse purgatum, qui non a beati Petri apostoli sede receptus est, qua fuit mandante deiectus. bene enim dilectionem tuam nosse non ambigo quod personam huiusmodi, cum ita ratio postulet, non nisi ecclesiasticae legis ordine conpetenti, sicut diuinitus constitutum est, ⟨pontifices⟩ uel possint uel debeant conuenienter absoluere. quod cum factum non sit, manifestum est Petrum in ea qua pridem fuit peruersitate ac damnatione detineri, qui etiamsi legitime corrigi uoluisset, indulgen-

---

B

1 susceptos *B* 3 desidero *B* 4 ET *B* VV CC *B* indicat *B*

5 uetranione *B* 5/6 quod — firmari *cf. quae supra ad Coll. Veron. ep. 12 adnotaui* 5 reintegratione *B* 8 ut *scripsi* si *B* 9 tuam *B* 10 inuinere *B* gratabamur *scripsi* gradanter *B* gratamur *Sirmond* 11/12 ricte *B* 12 seruare *B* 14 sectare *B* 17 pro *add. Sirmond* 17/18 tuam auctoritatem *B* 18 es *B* 20 sectores *B* que se — miscuisse *Sirmond* quaeso communione fariaemus cuius se *B* 21 est *Sirmond* et *B* 22 prauicati *B* legerunt *B* 23 utique *Sirmond* utrique *B* 24 dictis *B* debuit esse *scripsi* debuisse *B* 25 reddemus complice *B* 26 ad *B* 28 ita *Sirmond* iter *B* postulet *scripsi* postularet *B* 29 constitum *B* pontifices *addidi* 30 obsoluere *B* 31 uoluissent *B*

tiam consequi debuit, non ecclesiasticam dignitatem, quia ab haereticis damnatisque falsi sacerdotii nomen adsumens ecclesiae catholicae nullis regulis potuit praesidere. haec autem quae de praedictis gesta narrauimus, documentis inde uenientibus approbantur, sicut ⟨qui⟩ Constantinopolitani clerici directi sunt, agnouerunt, palamque monstratum est Acacium se eorum fecisse participem quos suis litteris rettulerat ipse haereticos et damnatos. perceptis ergo summatim dilectio tua quae uidentur ecclesiarum fecisse discidium, nosque perpendens non inmerito pro fide catholica extitisse sollicitos, non solum se deinceps [se] a communicatione damnatorum studeat custodire, sed Christi gregem qua ualet industria retrahere non quiescat et domno filio nostro Christianae mentis augusto incessabiliter suggerere non omittat ut operis sui memor, quod fide catholica inspirante domino nostro clementer dicitur exsecutus, plena⟨m dignam⟩que temporibus suis pacem et Christi ueritatem sinceram, ut praecipuus sacrae religionis filius et pia deuotione conspicuus, tranquilla dispositione restauret et de ecclesia Constantinopolitana Petri Alexandrini nomine Acaciique sublato, per quos tempestas omnis exorta est, intemeratam paternae traditionis et fidei post dominum benignus efficiat unitatem. quae numquam fuisset utique temerata, si hanc imperatori Christianissimo fideliter Acacius insinuare uoluisset; sed dum patrum terminos transferre molitur et ambitionibus suis praeuaricationis aditum inpudenter exquirit nec uenerabilia dubitauit decreta calcare et inter curas publicas occupato principi uenerando dissimulauit quae nouerat uera suggerere, talem conscientiam
277 circa salutem regiam potestatemque gestare demonstrat qualem in negotio ipsius religionis exhibuit, unde, quod non sine diuini iudicii terrore dicendum est, etiam nobis, si resipuisset, optantibus non est permissus absolui. quomodo autem domnus filius noster uenerabilis imperator non hoc sibi iudicare posset faciendum quod cerneret sacerdotem uel facere uel delere? quapropter adiuncta secum mea prece dilectio tua saepe dictum domnum filium nostrum supplicatione qua potes et lacrimarum profusione deprecetur ut patienter
Gal. 5, 12 permittat abscidi qui nos conturbant, ne in successoribus haereticorum reparasse uideamur quod ⟨in⟩ auctoribus eorum certum ⟨est⟩ fuisse damnatum, proditorumque consimiles
2 Cor. 5, 17 opprimere non sinat ecclesiasticam dignitatem, quatenus apostolica uoce dicamus: si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt; ecce facta sunt omnia noua. ecclesiam Constantinopolitanam nobis sicut semper unitam sua post deum placiditate concedat, quoniam et hoc praesentis felicitatis eius incrementa desiderant et consequendae fructus aeternitatis exposcit. dilectionem uero tuam specialiter commoneo atque contestor in illo nostri saluatoris examine formidando rationem mihi modis omnibus reddituram, si quae pro integritate salutis humanae, pro orthodoxa atque regulari

---

B

1 dignitate *B* qui *B* 3 documenti *B* approbatur *B* 4 qui *post* sicut *addidi*, *post* clerici *Sirmond* 5 quo *B* hereticos et retulerat ipse *B* 5/6 damnatus *B* 8 *alterum* se *deleui*, *prius Sirmond* cogitatione *B* grege *B* 9 damno *B* 10 omittat *Sirmond* mittit *B* 11 dicitur *Sirmond* igitur *B* plenam dignamque *scripsi* plena quae *B* 14 quo *B* intemeratum *B* 15/16 fuisse *B* 17 moliter *B* aditum *Sirmond* auditum *B* 21/22 respuisset *B* 23 faceret *B* 24 delere *scripsi* doloret *B* docere *Sirmond* 25 profusione *scripsi* professione *B* 26 succeribus *B* 27 in *add. Sirmond* est *add. Sirmond* proditorumque *scripsi* prolerorumpe *B* priorumque *Sirmond* 30 ecclesia *B* 34 redditurum *B* integritatem *B*

constitutione maiorum et ueraci atque sincera totius ecclesiae pace reparanda delegaui, quod de tua mente non credimus, segnius exequaris [quod unitatis ecclesiasticae plena cupimus redintegratione firmari].

32 *est altera recensio Gestorum quae edita sunt Coll. Auell. 99; cf. quae O. Günther exposuit in Sitzungsber. d. Wien. Akad. philos.-hist. Cl. 134, 110 sq.*

INCIPIT GESTA DE NOMINE ACACII

In causa [causas *B*] fidei Christianae etc. — misit ecclesiam. EXPLICIT

33 = *Felic. ep. 8 Thiel. Sirmond l. c. p. 124*

Felix Zenoni augusto. Quoniam pietas tua, licet profusiori pagina ad mea [re]scripta 247
responderit, suis auribus diligentius intimatam fastidio dignam crediderat ueritatem, curandum mihi fuit ut breuiter quae non uultis latius publicari, definita concluderem. itaque officiositate praemissa timere me fateor regno uestro pariter et saluti, si quidem contra diuinam reuerentiam perhibetur ut beati apostoli Petri directa legatio, sicut eius confessio patefecit, tamquam in captiuitate redacta teneretur et chartis quas baiulabat, uiolenter ablatis ad communicandum haereticis, hoc est apocrisiariis Alexandrini Petri, aduersum quem ierat, de custodia sit producta. quapropter Vitalem quidem et Misenum, cum uel conpulsi ad ista consenserint, honore simul et communione apostolica censura priuauit; sed cum apud barbaras etiam nationes atque ipsius deitatis ignaras ⟨in⟩ exsequendis negotiis uel humanis iure gentium semper legationis cuiuslibet habeatur sacrosancta libertas, notum est omnibus quanto magis ab imperatore Romano et Christiano principe in rebus praesertim diuinis oportuerit intemerata seruari. deinde legatione submota, quae apud uos, ut dic- 248
tum est, nec beati Petri apostoli inuiolata esse iam potuit, tranquillitas tua litterarum saltim tenore cognoscat sedem beati apostoli Petri Alexandrino Petro olim iusteque damnato ac nihilo minus per sententiam synodalem nuper eliso communionis numquam uel praebuisse uel praebituram esse consensum, quia, ut cetera nunc omittam, ab haereticis institutus contra fas omne catholicae praesidere non possit ecclesiae. unde quoniam adhortationem meam duxistis onerosam, in uestro relinquo deliberationis arbitrio utrum beati apostoli Petri ⟨an⟩ Alexandrini Petri cuiquam sit eligenda communio. qualis autem Alexandrinus extiterit uel quemadmodum falsi nominis sacerdotium per unum uix suae complicem prauitatis temerarius usurparit atque in damnatorum fuerit etiam apud uos dudum sorte numeratus, suffragatoris eius Acacii litteris ad sanctae memoriae Coll. Ver. 4
decessorem meum datis, quarum exemplaria subdita cernitis, adprobatur: utrum uel epi-

---

B

1 constitutionem *B* sentera *B* 2/3 quod — firmari *om. Sirmond, cf. quae supra p. 49, 8 adnotaui* 3 redenttegratione *B*

6 a *B* scripta *Sirmond* rescripta *B* 7 crediderat *scripsi* crediderit *B* credidit *Sirmond* 9 temere *B* fateor *Sirmond* factor *B* 10 perhibetur *scripsi* prohabetur *B* probabitur *Sirmond* 11 cartas *B* 12 apocris sacri *B* 13 cum *scripsi* cur *B* conpulsi *scripsi* inpulsi *B* 14 priuabit *B* 15 nationenes *B* in *addidi* pro *Sirmond* 22 prebitura *B* 23 catholica *B* 25 an *add. Sirmond* 27 complicem *Sirmond* complerem *B* usurparet *B* 29 decessore meo datum *B* adprobatur *scripsi* adprobate *B*

scopus dici ualeat, quod nomen etiamsi a pluribus episcopis accepisset, habere non posset, uel orthodoxis plebibus contra Nicaenam synodum, contra obseruantiam saecularem
249 mereatur inponi, prompta in deum pietate perpendite. ubi etiam apparet euidenter Acacium, qui excessus suos sub uestro potius nomine celare uoluit quam uobis profutura suggerere, tam saluti uestrae affectionem deferre sinceram quam fidelem conscientiam circa patrum regulas atque ipsum dogma gestare catholicum. propterea hunc eundem utpote qui multa contra scita ueterum nefaria perpetrarit et eius laudator emerserit, quem
Gal. 2, 18 adseruit et ipse damnatum et ab apostolica fecit sede damnari, ac rursus aedificans quae ante destruxit, praeuaricatorem se ipse constituerit, eorum quos sequi maluit, portioni districtionis apostolicae per Tutum Romanae ecclesiae defensorem iusta deputauit auctoritas atque a communione et dignitate apostolica, qua se ipse eius externis sociando monstrauit indignum, legitima seueritate discreuit. puto autem quod pietas tua, quae etiam
250 suis mauult uinci legibus quam reniti, caelestibus debeat parere decretis atque ita humanarum sibi rerum fastigium nouerit esse commissum, ut tamen ea quae diuina sunt, per dispensatores diuinitus adtributos percipienda non ambigat; puto quod uobis sine ulla dubitatione sit utile, si ecclesiam catholicam uestri tempore principatus sinatis uti legibus suis nec libertati eius quemquam permittatis obsistere, quae regni uobis restituit potestatem. certum est enim hoc rebus uestris esse salutare, ut cum de causis agitur dei, iuxta ipsius constitutum regiam uoluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non praeferre, et sacrosancta per eorum praesules discere potius quam docere, ecclesiae formam sequi, non huic humanitus sequenda iura praefigere neque eius sanctionibus uelle dominari cui deus uoluit clementiam tuam piae deuotionis colla summittere, ne dum mensura caelestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. et ex hoc quidem de his omnibus conscientiam meam ante tribunal Christi causam dicturus absoluo: uestrae mentis intererit magis ac magis cogitare et in rerum praesentium statu sub diuina nos examinatione subsistere ac post huius uitae cursum ad diuinum consequenter uenturos esse iudicium.

d. 1. m. Aug. a. 484 Et alia manu **

DATA K̄L AVGVST VENANTIO V̄C CONSVLE

34 = *Felic. ep. 15 Thiel. Sirmond l. c. p. 137*

270 Felix Zenoni imperatori. Dignas referre deo nostro gratias, fateor, mens humana non sufficit, quod tantam religionis curam in uestrae pietatis sensibus inspiratio diuina constituit, ut eam et uniuersis negotiis anteponi et soliditate rei publicae contineri quam ueraciter Christiano, tam augusto iudicio censeretis, quia re uera propitiatione caelesti

---

B

p. 81, 29/1 epos̄ *B* 1/2 possit *B* 2 obseruantium *B* saecularem *scripsi* singularem *B* regularem *Thiel* 3 pietatem *B* 4/5 profuturam suggeret *B* 5 fidele *B* 6 gestaret *B* 7 perpetraret *B* laudatorem merserit *B* 9 constituit *B* 11 dignitatem *B* exterius socienda *B* 13 parare *B* 13/14 humanorum *B* 15 percipiendam *B* 16 utule *in* itule *corr. B* 17 restituet *B* 18 hoc] ob *B* saluatore *B* ut cum de] cum ut det *B* 20 forma *B* 21 sactionibus uel *B* 25 status *B* 28 *ipsa salutationis formula excidit* 29 augusto *B* uenatio *B* 31 cura *B* inspiratio *scripsi* imperatio *B* miseratio *Sirmond* 32 solidate *B*

rerum subsistit uniuersitas. ex qua mirabili deuotione uestrae clementiae processisse cognosco quidquid pro diuini cultus reuerentia celebratus tranquillitatis uestrae sermo deprompsit, ut scilicet firmare catholicae fidei cupientes unitatem ⟨et⟩ ecclesiarum pacem magnopere roborari talem studeretis praefici Constantinopolitanis antistitem, qui superno munere prosequente et morum probitate fulgeret et prae omnibus orthodoxae ueritatis polleret affectu. magnam igitur, egregie princeps, capio de utroque laetitiam, cum et in tuae serenitatis animo, sicut in saeculi fastigio constitutum, ita praecipuum ecclesia filium deo fautore suscepit et eum ipsum de cuius pontificio gloriamini, dum ad beati Petri apostoli sedem sumptae refert dignitatis exordium, iam suae dedisse gaudeo moderationis indicium. ubi simul et magnanimitas uestra resplendet, quando ecclesiae causas, sicut diuinitus institutum est, pontificum desiderat ordinatione componi, et qui in sacerdotii perhibetur prouectus officium, optat inde fulciri, unde Christo conplente profluit cunctorum gratia plena pontificum. cuius etiam litterarum me refouet intentio, qua sicut decet Christo placere nitentem, et summum apostolorum beatum Petrum et petram fidei esse non tacuit et eidem mysteriorum claues creditas fuisse caelestium prudenter astruxit utque nobiscum circa orthodoxam fidem consentientem haberet assen- 271
sum, quo amplius unanimis redderetur, expetiit. gratissimis itaque professionibus huius et uotis copiosa adlocutione patefactis, mox ut etiam filios meos sancti propositi monachos pariter uenisse conspexi, difficultates omnes quae primitus obstrepebant, hac credidi dispositione summotas atque ideo uenientibus clericis eas praeter consuetudinem sociatas esse personas quae Petro uel Acacio non communicasse uiderentur, ut illorum nominibus sequestratis per quos scandalum contigisset ecclesiis, sincera deinceps caritas proueniret. quibus rite perpensis nihil aliud mihi supererat gratulanti nisi ut his qui fuerant destinati, apostolicae sedis communio traderetur; sed cum pro catholica fide cautius ammonerem ut suscipientes eam se a consortio retraherent damnatorum, sibi hoc mandatum omnino ⟨non⟩ dixerunt. qua rerum diuersitate permotum anxium me haesisse profiteor, cum aliud litterae et ipsa rerum ratio demonstraret, aliud memoratorum contineret assertio, puramque uolens cum eo qui pontifex creatus asseritur, inire concordiam, gloriae uestrae suggerere properaui ut nihil residere patiamini quo denuo quicquam ualeat dissensionis oboriri, quia dum per synodum Calchedonensem, quam se dudum litteris designauit tua clementia uenerari, Eutychen atque Dioscorum constet esse damnatos et eorum sectatores plurimis illarum partium documentis Timotheus et Petrus extitisse monstrentur atque eorum communionem etiam esse perhibeatur secutus Acacius, quos ipse epistulis suis haereticos dixerat, ipsi damnati et ex sententia illius concilii conuincuntur

---

B

2 diui *B* celebratur tranquillitas *B* 3 depromisit *B* et ecclesiarum *scripsi* ecclarum *B* ecclesiarumque *Sirmond* 6 polluerit effectu *B* 8 fautore *scripsi* factore *B* 9 sede *B* 10 resplendit *B* 11 causas *scripsi* causae *B* causam *Sirmond* 12 fulceri *B* complente *scripsi* cupiente *B* 15 idem *B* 16 astruxit *scripsi* struxit *B* 17 unanimes *B* expetiit *Sirmond* expediit *B* 18 adlocutione *scripsi* et lectione *B* filius *B* 19 difficultate *B* 20/21 societas *B* 21/22 nominibus *Sirmond* omnibus *B* 24 destinate *B* catholicam fidem *B* 26 non *post* omnino *addidi, ante* sibi *Sirmond* me haesisse *Sirmond* ne heresis se *B* 27 memoratorium *B* 28 iniere *B* 29 prosperaui *B* patimini *B* 29/30 ualent dissensiones oborri *B* 30 qua *B* 31 uenerare *B* 32 sectatorum *B* 33 esse perhibeatur *scripsi* se prohibitur *B* secutura cuius *B* 34 ipsi damnati *scripsi* ipse damnatos *B*

obstringi et ⟨in⟩ ipsorum poenam merito reccidisse quorum elegere consortium, sicut in ceteris haeresibus facta semel synodus abiecti cuiuslibet erroris cunctos sequaces consequenter inuoluit. quaeso igitur, gloriosissime, ne in successoribus refouere iudicemur quod manifestum est in auctoribus fuisse damnatum, nec Petri putetur legitima prouenisse purgatio, quem non secundum morem ueterum apostolica sedes, quae ligauit, absoluit.
272 scit enim Christiana mens tua, uenerabilis imperator, quoniam delicta mortalium secundum conscientiam relaxandi non nisi pontificibus suis ordine competenti superna dederit dispensatio facultatem. qui Petrus tamen, etiam si uere receptus esset, ueniam mereri debuit, non honorem, quia [qui] ⟨a⟩ damnatis atque haereticis falsum sacerdotii nomen accipiens catholicae non poterat ecclesiae praesidere.

Haec ego, reuerentissime princeps, beati Petri qualiscumque uicarius non auctoritate uelut apostolicae potestatis extorqueo, sed tamquam sollicitus pater salutem prosperitatemque clementissimi filii manere cupiens diuturnam fidenter inploro. ecce desideramus optamus ambimus ecclesiam Constantinopolitanam, sicut semper, habere conexam. exuatur, obsecro, ab his qui nostri non sunt ** iubemus, et nos quoque uolumus esse uobiscum. postulationes certe gentium barbararum, uenerabilis imperator, pro quiete mundanae rei publicae benignus exaudis: quanto praestantius, quaero te, preces apostolicae sedis pro sacrarum tranquillitate rerum placatus ammittis? hoc erat ⟨exoptandum⟩, hoc expedit ut si utraque Roma pro mutuo pignore nuncupatur, fiat utriusque una fides
Rom. 1, 8 illa Romanorum quam per uniuersum mundum praedicari beatus Paulus testatur apostolus, sicut apud nostros floruit indiscreta maiores, et quae genere concordat ac nomine, non sit religione diuisa, per quam etiam discrepantia copulantur. putasne me, uenerabilis imperator, non cum lacrimis ista profundere et uelut ⟨ad⟩ praesentia tuae pietatis uestigia? nec enim piget in tali maxime causa imperialibus officiis inclinari, cum se apo-
1 Cor. 4, 13 stolus omnium factum dicat esse peripsima.

Haec diutius tacui, ne aliis contraria suggerentibus ⟨in⟩reuerentiam meis potius litteris commouerem; uerum nunc facultate percepta qualiter uigeat in meo corde uestrae pietatis affectus, insinuo, quia successus traditae uobis diuinitus potestatis superna cupio propitiatione constare. neque, uenerande fili, respuas supplicantem neue meam uelis dissimulare personam. in me enim qualicumque uicario beatus Petrus apostolus haec et in illo, qui ecclesiam suam discerpi non patitur, ipse etiam Christus exposcit. absit ut huic quemquam Christiana mens tua uel possit uel debeat anteferre, quem pro te uotis omnibus desideras exorari, praesertim cum tanta sint illa uel talia quae tyrannide deleta pro fide catholica gessistis et geritis, ut plena a deo uestrae conscientiae experimenta teneamus. de quibus etsi quid fortassis amissum est, non respicit nisi perfidi uirus Acacii,

---

B

1 abstringi *B* in *add. Sirmond* pena *B* 4 prouenissime *B* 6 sit *B* 8 dispensatio *Sirmond* pulsatione *B* tamen *Sirmond* tatem *B* 9 quia a *scripsi* quia qui *B* falsam *B* 11 auctate *B* 15 exuantur *B* *lacunam indicaui, e. g. supplendo* et quos exire iubems *B* 15/16 nobiscum *B* 17 mundani regi *B* 18 per sacrorum *B* amittis *B* exoptandum *addidi* 23 ad praesentia *scripsi* p̄sentiam *B* piet *B* 26 nec *B* contrarias *B* irreuerentiam *Sirmond* reuerentiam *B* 29 neue *Sirmond* ne uel *B* 30 qualiscumque *B* 30/31 haec et *scripsi* et haec *B* 31 quae *B* 33 exarari *B* delecta *B* 35 quis *B* amissum *scripsi* omissum *B*

qui dum inlicitis crescere tendit augmentis, ea quae rectae religioni congruerent, uobis inter curas publicas occupatis destitit intimare. nam pietas tua quomodo non sequendum potius existimaret quod fecisse conspiceret sacerdotem ? unde diuino iudicio nullatenus po- 273
tuit, etiam cum id mallemus, absolui. quapropter magis magisque supplicare non desino ut cum suis nominibus atque personis feralis illa causa transierit, quatenus annuente domino nostro certa perfectaque laetitia necti ualeamus cum praesule nunc creato beati apostoli uoce dicentis si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt, 2 Cor. 5, 17
omnia facta sunt noua. litterae certe uestrae catholicae fidei praedicant unitatem pacemque ecclesiarum regia pietate pronuntiant. quae cum debito honore legerentur, qualiter mecum totus ordo Romani presbyterii uitam uobis prosperitatemque continuam promptus exorans repetitis assidue uocibus adclamarit, et hi qui directi sunt, audierunt et ubique uelox tam praeclari nuntii negationi putabatur obuiare necessitas. sed populis Alexandrinae ciuitatis magis in ea parte prospiciendum est ut a pestiferi rectoris retrahantur insidiis. concurrant omnia; rogamus omnes ut quemammodum docet apostolus, auferatur de medio qui nos conturbat, et ea quam ⟨diuae⟩ memoriae augustus Gal. 5, 12
Leo pater eruditorque uester iugiter custodiuit uel uos magnanimiter seruare decernitis, ecclesiarum fida pax uera sit unitas, quoniam cuicumque personae paterna fides et beati Petri communio debet praeferri, adque uestram gloriam sicut imperii terreni felicitas, ita post deum pertinere doceatur regni caelestis integritas, ut de conseruatis ecclesiae suae legibus tranquillitatis tuae beniuolentiam Christus adsumens et temporalia tibi dona multiplicet et praestet aeterna. EXPLICIT $\overline{\text{EPLA}}$ FELICIS

35 = *Gelas. tract. III Thiel*

INCIPIT PAPAE GELASII DE DVABVS NATVRIS

Necessarium quoque fuit ut quia multos de incarnationis dominicae sacramento recens 530
altercatio uel causa perstringit, hoc est de nostri deitate pariter et humanitate profitenda ueraciter saluatoris, in quantum clementer idem reserare dignatur, fidei rationique conuenientia promerentur, praecipue cum reppererit, quantum ad nos perlatum est, puerile commentum perniciosa calliditas, quo se uelut necessarium prouidisse iudicet argumentum, ut quolibet ingenio unam competenter existimet in reparatore generis humani profiteri nos debere substantiam, pronuntians ridenda uersutia contra Eutychianos, qui unam prae-

---

B

5 quatenus *scripsi* quae nos *B* 6 perfecta perfectaque *B* 11 adclamaret *B* audierint *B* 12 negationi *scripsi* negatio *B* sed *scripsi* et *B* 13 populus *B* ciuitates *B* 14 retrahentur *B* ut *Sirmond* ad *B* 15 eam *B* diuae *addidi* memoriam *B* 20 tranquillitas *B* 21 aeternam *B*

BZs

22 INCIPIT DE DVABVS NATVRIS VNIVS $\overline{\text{DNI}}$ $\overline{\text{NRI}}$ $\overline{\text{IHV}}$ $\overline{\text{XPI}}$ $\overline{\text{SCI}}$ GELASI PAPAE ROMANI CONTRA EVTHICIANISTAS ET NESTORIANISTAS *Z* GELASII EPISCOPI ROMANI DE DVABVS NATVRIS IN CHRISTO ADVERSVS EVTYCHEN ET NESTORIVM *s* 23 quoque *s* quae *B om. Z* 24 *conicio* causatio 25 salutaris *B* reseruare *B* rationeque *B* 26 reppe *B* 26/27 quantum — quo *om. B* 27 prouidis *Z* 28 ingenuo *B* extimet *B* 29 pronuntians — uersutia *om. B*

dicant in nostro redemptore naturam, duas a nobis merito proferendas, contra autem Ne-
531 storianos, qui diuidunt naturas in eodem domini sacramento, unam nostra confessione promendam [esse personam]. quapropter nimis sollicite praecauenda est haec insidiosa peruersitas, quae nec fidei ueritate nec rerum ratione subsistit et noxia suptilitate molitur in restauratore nostro quibuscumque modis unius intellegentiam definire naturae. nam cum pari blasphemia utraque pestis insaniat, in conceptu scilicet uirginis sacrae atque ipso primordiali uel initiali domini saluatoris exortu, qui in uisceribus intactae matris cessante terreni patris officio diuina sumpsit operatione principium materiam conditionis humanae de substantia genetricis instituens et unitionem diuinae potentiae dignatione suae maiestatis inpertiens, ut utriusque naturae ineffabiliter unitio ab ipso suae conceptionis exortu mirabiliter ac potenter existeret nec in sanctae Mariae prorsus internis istius sacramenti quicquam uel praecesserit uel post secutum fuerit institutum, sed huius magis simul effectu mysterii conceptus ipse prouenerit nec illic aliqua praeueniente substantia perfectio unitionis accesserit, sed ab unitione perfecta potius utriusque substantiae fuerit inchoatum, sicut angelus dicenti uenerandae uirgini, cum de gloriosa subole futura
Lc. 1, 34. 35 cognosceret, quomodo fiet istud quia uirum non cognosco, respondit: spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi; propterea quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius dei, et ex te nascetur ait, ut proprietatem de matre sumendam nostrae conditionis exprimeret, et sanctum, quoniam sine contagione carnalis concupiscentiae gigneretur, et uocabitur filius dei, ut simul humanae diuinaeque naturae hac ipsa conceptione, sicut dictum est, mirabiliter uniendum
Ioh. 1, 14 proderet sacramentum secundum quod scriptum est et uerbum caro factum est et habitauit in nobis, malens spiritus dei dicere uerbum carnem factum, cum in carnem uerbum non fuerit omnino conuersum, dummodo principalis unitionis naturaliter in eodem diuinitatis humanitatisque significaret pressius ueritatem, cum scilicet appareret
532 ipsum uerbum in utero matris uirginis operans ex eadem susceptae sibimet uniendo substantiae fecunditatis illius excitasse conceptum, cum, inquam, hac in domini nostri conceptione, quae licet nullatenus ualeat explicari, pie tamen ac professione credenda sit, Eutychiani dicant unam esse naturam, id est diuinam, at Nestorius nihilo minus memoret singularem, id est humanam, si contra Eutychianos duae a nobis asserendae sunt, quia unam depromunt, consequens est ut etiam contra Nestorium unam dicentem, non unam, sed duas potius ab exordio sui unitas extitisse procul dubio praedicemus, contra Eutychen,

---

17—19 *Iohannes papa II in epist.* [*Act. Conc.* t. IIII 2 p. 209, 26]: Papa Gelasius ex libro aduersus Nestorium et Eutychen: propterea — exprimeret

BZs

1 profitendas *B* 2 una *B* 3 esse personam *B om. Zs* 4 subsistet *B* consistit *s* 6 concepto *B* 7 intace *B* 9 substantiam *B* 10 ut triusque *B* utriusque *Z* 11 Mariae] memoriae *B* propsus *Z* 12 processerit *BZ* secutum *Zs* secum *B* 13 effectum *Bs* perueniret *B* 14 substantia *B* 15 uirginis *B* gloriosa uellet *Z* subde *B* 16 cognosceret *s* cognoscerit *B* cognoscere *Z* qui *B* 18 nasceretur *B* nascitur *s* nascitur *s* 19 quoniam *Bs* quod *Z* 20 contagio *B* 23 dei *Bs om. Z* carnefactum *B* carne *B* 25 in eodem *Zs* ineunde *B* expressius *Z* 26 uniendo *B* tuendo *Z* tuendae *s* 27 hac *scripsi* haec *BZs* in *B om. Zs* 27/28 conceptio *Z* 28 ac *B* hac *Zs* confessione *B* 29 dicant *scripsi* dicunt *BZs* at *Z* ac *Bs* memoret *Bs* meror *Z* 31 una *B* deprimunt *Z* 32 exordii *B* extisse *B* et contra *B* euthycem *Z*

qui unam, id est solam diuinam conatur asserere, humanam competenter addentes, ut duas ex quibus illud sacramentum singulare constat, illic permanere monstremus, contra Nestorium uero, qui similiter unam dicit, id est humanam, diuinam nihilo minus subrogantes, ut pari modo duas contra eius unam in huius mysterii plenitudine primordialibus suae unitionis effectibus extitisse ueraci definitione teneamus atque utrosque diuerso modo singulas garrientes, non eorum quemquam de una tantummodo, sed ambos de duarum naturarum, humanae scilicet et diuinae a sui principio sine confusione qualibet atque defectu unita proprietate permanente uincamus. quamuis enim unus atque idem sit dominus Iesus Christus, et totus deus homo et totus homo deus, et quicquid est humanitatis, deus homo suum faciat et quicquid est dei, homo deus habeat, tamen ut hoc permaneat sacramentum nec possit ex aliqua parte dissolui, sic totus homo permanet esse quod deus est, ut totus deus permaneat esse quod homo est, ne si aliquid, quod absit, uel diuinitatis 533
uel humanitatis inde cessauerit, sequatur ineffabilis resolutio sacramenti et, quod dictu audituque fugiendum est, uel homo deus esse iam desinat, si sola illic humanitas, non etiam deitas perseuerat, uel deus homo consequenter esse desistat, si sola illic diuinitas, non etiam humanitas unita permaneat nec glorificata uideatur nostra conditio unitione deitatis, sed potius esse consumpta, si non eadem subsistit in gloria, sed sola existente deitate humanitas illic esse iam destitit. uidebitur autem, quod abhorret animus dicere, sed cogit necessitas non tacere, diuinitas in utroque mutabilis, si uel in carnem est ipsa conuersa uel sic est in deitatem humanitatis transfusa conditio, ut proprietas eius esse desierit. si enim in se ipsa ex toto iam non est, restat ut accesserit accreueritque deitati, sic in deitatis naturam scilicet transeundo, ut esse destiterit prorsus humanitas, ubi modis omnibus diuina substantia mutabilitatem recipere iudicetur, quae cum nec minui possit omnino nec crescere, transfusione humanitatis adiectae uelut aucta uideatur. sin uero humana conditio nec in diuinitatem transfusa subsistit, ne accessu sui hanc sentiatur auxisse, nec in sui proprietate perdurat, nusquam prorsus resedisse cognoscitur ac per hoc non sublimata, sed abolita potius inuenitur atque ita insolubile, quantum ad ipsos pertinet, resoluitur sacramentum. praeterea si in deitatem, ut putant, humanitate transfusa uel ex omni parte translata desiit esse humana substantia, ergo et humanitatis forma sine sui proprietate cessauit. si dicunt in nuda deitate humanae formae lineamenta constare, quid aliud quam anthropomorfitas conuincuntur inducere, quos dudum catholica talia somniantes damnauit ecclesia? nam si et substantia et forma hominis Iesu Christi hac transfusione consumpta est, quis est quem uidit ad dexteram uirtutis stantem sanctus Ste- Act. 7, 55
phanus? quis hominis filius uenturus est ad iudicandos uiuos et mortuos? quis erit quem Mt. 16, 27
uidebunt in quem compunxerunt? abolitum est omne mysterium; uacuatum est resolutum- Ioh. 19, 37

BZs

3 qui] per *B* 5 effectionibus *B* atque] ad *B* 6 singula *Z* ambos *Bs om. Z* 8 proprietate et *B* 9 totius (*bis*) *B* 10 dei *Bs* deitatis *Z* 11 dissoluis *B* 12 quod[1] *BZ* quicquid *s* ne *om. s* 12/13 humanitatis uel diuinitatis *Z* 13 cessauerit *BZ* decesserit *s* dictum *B* 14 si *om. B* 16 glorificati *B* condatio *B* 17 subsistet *B* 18 desistat *B* 19 carne *B* 20 condicia *B* ut *Zs* et *B* 21 in *B* ex *Zs* ac decreuerit quae *B* 22 desisteret *B* 25 condicio nec *Zs* conditionem et *B* diuinitate *B* substitit *s* accensus *B* 26 auxisse *Z* ausise *B* hausisse *s* 27 apolita *B* 28 resoluetur *B* humanitatem *B* 29 et *BZ* ut *s* 30 humanae *Zs* humanitate *B* liniamenta *Z* lineamente *B* 33 qui *B* uidet *B* a dextris *Z* 34 erit *Zs* est *B* 35 oblitum *B* omnem *B*

que, ut dictum est, quod absit, omne sacramentum falsumque erit quod ait ipse saluator:
Lc. 24, 39 palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me ui-
534 detis habentem. et certe hoc quod post resurrectionem dixit, talis iam dixit qualis
Act. 1, 3. 4 cum discipulis per XL dies conuersatus est conuescens et cohabitans cum eis; talis dixit qualis ascendit in caelos; talis dixit qualis promissus est inde esse uenturus. aut allegent ipsi ubi posteaquam de se illa professus est, fuerit inmutatus et aliter quam se discipulis patefecit, ascenderit leuatus in caelum, aut nos rectius ea sequimur quae in diuinis uoluminibus astruuntur, non delirantium somnia et fantasmata uana sectamur.

Sed aiunt homines inepti, quo se putent uim manifestationis huius effugere: quomodo ipse uoluit, sic humanam sublimauit magnificauitque naturam. plane sicut ipse uoluit, sicut per prophetas suos ante praedixit, sicut per apostolos suos, per euangelistas ecclesiae suae uoluit intimari. quapropter, ut dictum est, ab exordio istius sacramenti sacras paginas reuoluamus, quid de conceptu eius edixerint, quid de partu, quid de una eademque persona domini nostri Iesu Christi simul dei hominis et hominis dei, quid ante passionem de eodem uox diuina pronuntiet uel de se ipse testetur quidue post resurrectionem nihilo minus ipse perdoceat, qualis cum discipulis fuerit conuersatus in terris, qualis in caelos ascenderit, quid de eodem ad caelos ascendente promissum sit, quid de eo nunc in caelis etiam constituto, quid de eius aduentu cuncta caelestia dicta pronuntient, et qualiter se uel intellegi uoluerit uel in nostra confessione depromi, scripturis attestantibus audiamus, ut competenter eius simus in omnibus qua se nobis insinuare dignatus est, uoluntate contenti.

Sed iam diligentius uestigemus si Eutychiani, qui se Nestorium refutare praetendunt et propter hunc catholicis sensibus unam conantur subintroducere uelle naturam, quamuis hoc iam manifesta sit ratione destructum, si non ipsi quodam circuitu et occultis
1 Tim. 1, 7 ambagibus, nescientes utique quid loquantur neque de quibus affirment, ad eundem Nestorium uolentes nolentesque rediguntur. dicunt enim: ante adunationem duae naturae fuerunt, post adunationem una facta est. quaero ab his quando uelint dicere ante adunationem. si antequam incarnationis dominicae mysterium proueniret, quis nesciat diuersas esse naturas et ineffabiliter differentes, illam summam omnium naturarum, istam etsi imaginem deitatis gerentem, tamen terrenae conditionis et infimam? nos autem de incarnationis sacrae ratione tractamus, non de istarum quae nota est omnibus distantia
535 naturarum. si ante ergo quam hoc mysterium intra uterum uirginis gigneretur, nulla

---

BZs

1 quid *B* omnem *B* 2 ossa et carnem *Zs* habuit *B* me *om. B* 2/3 uidentes *B* 3 quod *B* *om. Zs* 5 qua scendit *B* ascendit — qualis *om. Z* coelis *s* qua *B* promissus est *Bs* promisit *Z* inde esse *Zs* inesse *B* allegent *scripsi* legant *Bs* dicant *Z* 7 patefecerint ascendere *B* in *B om. Zs* 8 uana] una *B* 9 quos *B* 10 sic — sicut *om B.* 12 imitari *B* 13 de ceptus dixerit *B* 14 personam ihu xpi *B* 15 de se *om. B* 15/16 resurrectiones nihil omnis *B* 17 caelo *Bs* conscederit *B* ascendentem *B* nunc] nun *Z* 19 uel se intellegit *B* uel *om. B* in *om. Bs* confusione depromis *B* 20 ut *Zs* et *B* simul *B* 22 se *om. B* protendunt *B* 23 hanc *B* 24 hos B destructos *B* quoddam *Z* 25 neque *Zs* nec quid *B* afirma *B* 26 uolens *B* redigantur *Z* adunitionem *B* 27 dicere *om. B* 27/28 adunitionem *B* 28 ante *s* 29 naturam *B* 30 dī *Z* infimam *Zs* infirmam *B* 31 rationis ne *B* non] et *B* 32 ergo *om. Z* intra uterum *Z* in utero *Bs*

quaestio, nulla contentio est duas esse naturas diuinitatis et humanitatis longeque diuersas; nos autem, sicut dictum est, de mysterio loquimur Christiano, quod utique in utero uirginis matris est inchoatum. proinde si illic uelint accipi ante adunationem duas fuisse, in utero scilicet materno, ergo fuit ibi aliquod interstitium, quo ante adunationem sui istae naturae putentur fuisse discretae et in adunationem postea conuenisse. redolet hic Nestorius, ut quod ille dixit in partu nudumque hominem disseruit procreatum et postmodum in deum fuisse prouectum, hoc isti in huius mysterii deprehendantur sentire conceptu, si illic interstitium quantumlibet interuenisse dicatur, quo aliquid ante praecesserit et aliquid postea sit secutum ac non potius et ipse fuerit conceptus unitio et ipsa primordialiter extiterit unitione conceptus atque in huius unitionis effectu prorsus omne quod dicitur antea et postea, sit remotum, quia non uelut duae substantiae primitus extiterunt, id est ipsius humanae formae quae suscepta est, et deitatis quae suscepit, ut earum postea adunitio sequeretur, sed hoc ineffabile magnumque mysterium adunatione sit potius inchoatum et ipsa inchoatione huius conceptionis unitum. iam uero si, ut ipsi delirant, adunatione una facta natura est, aut unius abolitio est aut utriusque confusio, quod utrumque fides catholica et ipsius ueritas sacramenti non recipit testificantibus, ut dictum est, editis diuinitus paginis. quibus, sicut a principio sui et duarum naturarum hac unitione conceptus est et conceptio uirginis hac eadem diuinitatis pariter et humanitatis unitione perfecta processit, ita et in hoc mysterio permanentibus utrisque naturis et sacer partus euenit et in omni tempore quo in hoc mundo redemptor noster esse dignatus est, deus simul et homo proprie permanens ueraciter id existendo signis competentibus apparuit dictis factisque conspicuus. sic ad passionem quam pro nobis est suscipere dignatus, accessit; sic post resurrectionem curiosis etiam se non est dedignatus declarare discipulis talisque ascendit in caelum atque ita inde promissus est esse uenturus et in utraque natura etiam nunc caelo positus apostolica praedicatione firmatur existere. quis audeat non minus sacrilegarum mentium quam imperitarum blasphemias mortiferamque dementiam * unam dicere post adunationem factam fuisse naturam? cum totius scripturae salutaribus eruditionibus instruamur et duas unitas fuisse conceptu et sub una eademque persona 536
unius domini nostri Iesu Christi totius dei hominis et totius hominis dei duas in suis proprietatibus incontaminata generatione prolatas et easdem proprie permanentes in conuersatione mundana fuisse manifestas et in omnibus, ut saepe iam dictum est, sine defectu alterius utramque persistere et in utraque unum eundemque dominum Iesum Christum totum deum hominem et totum hominem deum sine sui confusione, sine ulla diuisione,

---

BZs

2 utero] uero *B* 3 inchoatum *scripsi* indutum *B* inditum *s* editum *Z* si *om. B* 3 adunitionem *B* 4 quod *B* adutionem *B* 5 putarentur *s* 6 hic ergo *B* ut quod *B* et quod *Z* utque *s* in *BZs coniecerim* de partum *B* asseruit *Z* 7 in² *om. s* deprehenduntur *Zs* 7/8 conceptu *scripsi* conceptus *B* conceptum *Zs* 8 quod *B* 10 effectu *om. B* 11 ante *B* primi *B* 11/12 extiterunt — earum *om. B* 13 adunatio *s* in hoc *B* 15 adunitione *B* obolitio *Z* 17 quibus *om. B* sui] qui *B* hac *om. B* 18 diuitatis *B* pariter — unitione] atione *B* 19 et *om. Z* mysterium *B* utriusque *Bs* 22 dignitus *B* 23 accesserit *B* 24 talisque *Zs* quae *B* inde *om. B* 25 nunc *om. Z* caelos *B* audiat *Z* 26 sacrilega mente *s* imperitis blasphemiis mortiferaque dementia *s* 27 *lacunam indicaui e. g. supplendo* secutus saluatoribus *B* salutaris *Zs* 28 instramur *B* conceptum *s* 29 nostri *om. B* dei] dī et *B* 31 mundane *B* 32 utrumque *Z* et *B om. Zs* utroque *Z* 33 et *om. B* diuisione *Zs* confusione *B*

quam uel suspicio possit quaecumque perstringere, sine priuatione uel defectione cuiusquam, ex his proprie uel in his ueraciter permanere, ex quibus uel in quibus unus et perfectus et uerus est Christus et sine quibus uel sine qualibet ex his, id est sine humanitate seu deitate nec perfectus nec unus nec uerus est Christus. tempore conceptus, ut dictum
Ioh. 1, 14 est, uerbo caro factum est et habitauit in nobis; tempore uero partus legimus Em-
Mt. 1, 23 manuhel esse natum; sic angelos cecinisse gloriam dei, sic nuntiasse pastoribus filium dei
Lc. 2, 14 natum, sic magos ab Oriente Bethleem petisse, ut quem nouo sidere genitum cognouerant,
Mt. 2, 2 adorarent, ut tamen ueraciter puerum pannis inuolutum, in praesepio positum, ueraciter materno gremio gestatum, cum eum magi oblatis muneribus adorarent, humanae sub-
cf. Lc. 2, 12 stantiae et ex nostrae naturae conditione exortum, sicut euangelica uoce depromitur, sic ecclesiae catholicae professione credatur. ita deinceps pariter hunc eundem unum dominum Iesum Christum et deum explesse quae humana sunt, et hominem gessisse quae diuina sunt, ut in utroque hunc eundem unum ueraciter existentem omnis confessio Christiana concelebret sic ad passionem uenisse, ut et deus et homo uerus sit crucifixus et in
Lc. 23, 43 cruce pendens latroni homo deus uerus patefecerit atria paradisi atque elementa cuncta
Mt. 27, 51 commouerit, ut deum hominem uerum mortuum et sepultum, ut hominem deum uerum
Ioh. 20, 19. 20 se ipsum suscitasse post triduum, ut hominem deum uerum clausis ianuis coram discipulis
Lc. 24, 39 constitisse, ut deum hominem uerum manus suas et pedes, carnem ossaque, monstrasse
Act. 1, 3. 11 discipulis, ut deum uerum hominem quadraginta diebus ita discipulis fuisse conspicuum, ut hominem deum uerum sic in caelos esse sublatum sicque inde promissum esse uentu-
Act. 7, 55 rum, sic deum hominis filium a dextris stantem dei beato Stephano martyre testificante conspectum, sic in caelestibus constitutum beato Paulo praedicante monstrari, cum ait
Col. 2, 9 in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, sic inde ueraciter deum
cf. Mt. 24, 30 hominis filium sedentem in nubibus caeli uenturum ad iudicandum uiuos et mortuos. quibus omnibus testimoniis manifestissime declaratur in utrisque naturis ex quibus uel in
537 quibus conceptus editus nutritus et conuersatus in mundo est et eleuatus ad caelum, unum atque eundem manere dominum Iesum Christum, qui in utroque unus atque idem ueraciter deus homo et homo deus manere non posset, nisi utraque natura in qua id permanet, ueraciter permaneret, ut isdem naturis ueraciter permanentibus ex quibus uel in quibus unus atque idem uerus homo deus et deus homo uerus existit, idem semper homo deus uerus et deus homo uerus ipse permaneat.

Adhuc autem etiam illud adiciunt ut sicut ⟨dum⟩ ex duabus rebus constat homo, id est ex anima et corpore, quamuis utriusque rei sit diuersa natura, sicut dubium non habetur, plerumque tamen usus loquendi singulariter pronuntiet simul utrumque complectens, ut humanam dicat naturam, non humanas naturas, sic putent etiam in Christi mysterio et unitione diui-

---

BZs

1 uel suspicio *B* condicio *Zs* 2 manere *Zs* 4 ut *Z om. Bs* 5 inhabitauit *s* 6 natus *B* 8 adorare *s* in *B om. Zs* 9 eo *B* 10 ex *om. s* conditionis *Bs* 11 professione *Zs* pro responsione *B* unum *B om. Zs* 13 ut *om. B* introque *Z* 14 passione *B* et² *om. B* 15 cuncta *om. Z* 16 et *Z om. Bs* 17 se—uerum *om. B* uerum *om. s* coram *Z om. Bs* 18 uerum *om. s* 19 ita discipulis *om. Z* 20 coelo *s* sublatam *B* 21 si dm̄ *B* deum sic *s* sic *Z* ad *B* 24 iudicandos *Bs* et *Bs* ac *Z* 25 in *om. Z* 26 utriusque *B* 26 edit *B* et² *om. B* 28 possit *Bs* permanente *B* 29 permanentes *B* 30 hisdem *Z* 32 ut *Zs* et *B* dum *addidi* homo *om. B* 33 anima et] anime *B* 34 complentesque *B* 35 dicant *B* sic putent etiam *scripsi* sicut putant etiam *B* sic potentiam *s* sic etiam *Z* mysterium *B* et *Bs* post *Z* unitionem *Zs*

nitatis atque humanitatis unam dici uel debere uel posse naturam, non considerantes quia cum una natura dicatur humana, quae tamen ex duabus constet, id est ex anima et corpore, principaliter illa causa est quia nec initialiter anima alibi possit existere quam in corpore nec corpus ualeat constare sine anima, et merito quae alterutro sibi sint causa existendi, pariter unam abusiue dici posse naturam quae sibi inuicem causam praebeant ut ex alterutro natura subsistat humana, salua proprietate dumtaxat duarum. licet autem more locutionis humanae etiam a parte saepe totum quodlibet possit intellegi, quemadmodum cum dicimus tot animae, corpora quoque pariter indicamus, uel cum dicimus omnis caro, naturas animarum simili designatione complectimur, nec habemus incognitum sic nos unam rem pro duabus edicere ad utrasque significandas, ut tamen et duas esse nullatenus ignoremus et propriis constare substantiis, quantauis unitione nectantur. nam et deitas absque susceptione humana permanet esse quod deitas est, et humanitas etiam sine assumptione diuina in sua qua diuinitus instituta est, permanet esse natura atque ita et sine sui adunatione possunt in suis proprietatibus permanere. ex quo autem earum facta processit unitio, propter seruandam plenitudinem sacramenti perfectionemque mysterii has easdem necessarium est proferri sub una eademque persona sic indiscretas atque inseparabiles illa unitione constare, ut permaneant esse quod sunt. nam et in hoc mysterio, cum nulla necessitas impugnationis emergit, simpliciter unam rem frequenter pro utraque proferimus, ut dicamus filius hominis et quid me quaeritis occidere, hominem qui ueritatem locutus sum uobis et item apostolus cum autem benignitas, inquit, et humanitas apparuit saluatoris nostri dei et alibi qui est super omnia deus benedictus in saecula. numquid cum tantummodo deus dicitur, homo denegatur? numquid cum humanitas dicitur, deitas inde remouetur? numquid cum filius hominis dicitur, non etiam filius dei consequenter aduertitur? numquid cum uerbum dei dicitur, non simul intellegitur et caro quod factum est? numquid cum caro eius corpusque depromitur, non etiam diuinitas indubitanter ostenditur? aliud est quod usitato loquendi compendio saepe de qualibet re partem dicimus et totum quod est, sine dubio profitemur, aliud cum prorumpit humanae temeritatis audacia, quae sic aliquam partem nuncupare contendit, ut quod totum est, negare moliatur et necesse sit pro ueritate certantes illos qui partem suscipiunt partemque contemnunt, etiam de toto conuincere. nam quomodo non uident etiam suis uerbis ammoniti quia cum dicunt quolibet modo humanam naturam

cf. Exod. 1, 5 Act. 7, 14
cf. Ps. 64, 3. 144, 21 Ioel 2, 28
Ioh. 17, 2
Ioh. 8, 40
Tit. 3, 4
538
Rom. 9, 5

16/17 has — sunt; 23—26 numquid — ostenditur *adfert Fulgentius in ep. ad Ferrandum* 14, 19

BZs

1 una *om. B* dicitur *B* 2 constat *Z* ex² *om. B* animam *B* 3 quia *Z* qua *Bs* posset *B* 4/5 alterutro — pariter] aliter *B* 4 sit *s* 5 abusione *B* posse] post *B* prebeat *Bs* 6 alterutrum *s* 7 etiam *Bs* ut etiam *Z* aperte *B* quolibet *B* 8 quoque *B om. Zs* 9 nec] *malim* non 10 dicere *s* ad] ut *B* 11 nectamur *B* 12 absque — deitas *om. B* susceptione humana *Z* humanitate *s* 14 adunitione *B* autem *Z om. B* si *s* 15 pro *B* 16 has *om. Z* eadem *B* profiteri *uaria lectio ap. Fulgentium* 17 et *Zs* eum *B* 17/18 hos mysterium *B* 19 utrasque *B* filium *B* me sequeretis *B* 20 item] iam *B* 21 apparuerit saluotoris *B* 22/23 homo denegatur *B Fulg. om. s* humanitas inde remouetur *Z* 23 inde] idem *B* remouitur *Z* 24 dei *om. B* dei *om. Fulg.* 25 quod *om. B* cum *om. B* eius *B Fulg. om. Zs* 26 depremitur *B* 27 saepe *om. Z* re partem *BZ* rei parte *s* profitentur *B* 28 audacia humanae teneritatis *Z* aliqua parte *B* 29 necessit *B* 30 conuince *B* 31 quia cum *Zs* quod *B* humana natura *B*

salua corporis animaeque distantia, unam tamen quolibet modo humanam pronuntient esse naturam? huic ergo se adunante diuina etiam secundum ipsos duae sunt utique humana pariter et diuina; una igitur nec potest esse nec dici, dum duae sunt. unitio enim est duarum, non cuiuslibet alterius abolitio. nam nec dici potest unitio nisi duarum; alioquin dualitate submota non unitio potest uel dici uel esse, sed unio.

Quis iam ferat dedignari eos uocabula promere naturarum? cum utique nulla res sit quae non propriam possit habere substantiam, substantia uero nulla sit quae non natura
539 dicatur. nam remoue naturam cuiuslibet existentiae: tolles etiam sine dubitatione substantiam; sublata substantia pariter res quaelibet illa tolletur. dedignantur, inquam, isti nomen naturarum, cum deus ipse non dedignatus sit naturae suae uocabulo a suis praedicatoribus nuncupari, sicut beatus Petrus apostolus in epistula sua dixit, cum Christi
2 Petr. 1, 4 domini mysterium praedicaret ut per haec, inquit, efficiamini diuinae consortes naturae. quid quod ipsi etiam unam dicendo naturam in domino Iesu Christo naturae tamen nomen conuincuntur asserere? an unam licet nominare naturam et duas uel plures rerum ceterarum appellare fas non erit? quis ista non rideat et tamquam puerilia deliramenta despiciat? nam et cum dicunt unam fuisse naturam incarnatam uolentes hoc modo uelut ostendere singularem, nullatenus euadunt significationem duarum. dum enim dicitur unam diuinitatis naturam fuisse incarnatam, remotis ambiguitatibus altera erit quae incarnata est, altera qua incarnata perhibetur, quoniam non eadem erit natura deitatis quae incarnata est, quae est natura carnis, qua incarnata firmatur, neque se ipsa natura deitatis incarnata est, sed natura carnis incarnata cognoscitur, sicut neque se ipsa natura carnis extitit deitate sublimis, quia et non aliunde diuinitas quam de utero uirginis matris
Lc. 1, 35 incarnata processit et caro non nisi in isdem uisceribus sancto spiritu superueniente et altissimi obumbrante uirtute est unita deitati. certe cum dicimus de uno eodemque domino nostro, quid secundum deum, quid secundum hominem dixerit feceritque, uel etiam si dicamus 'hoc ut deus homo dixit aut fecit et hoc ut homo deus dixit et fecit', quaero utrum uel cum secundum hominem dicimus dictum factumque aliquid uel deus homo fecit aut dixit aliquid, utrumne in eo homo sit uerus an falsus. si falsus, Manichaeus Apollinaris Marcionistae atque huiusmodi pestes consequenter exultant, quae in Christo domino ueritatem corporis abnegarunt ac putatiuum esse dixerunt, ut alias interim perniciosiores quae hoc dogmate continentur haereses nunc omittam. si autem cum hominem Christum quoquo modo nuncupamus, uerus illic intellegendus est homo, sicut

---

16—24 nam et — deitati *adfert Fulgentius l. c.*

BZs

1 animae *B* una *B* humana *B* pronuntiant *Z* 3 dicit *B* cum *Zs* sint *Zs* 3/4 est enim *Zs* 4 nam *om. Z* utio *B* 5 dualitates *Z* unio] uni *B* 6 naturaram *B* 7 uero *om. Z* 8 existentiae *scripsi* extentiae *B* subsistentiae *s* substantiae *Z* tollis *Z* 9 tolletur *scripsi* tolleretur *B* tollitur *Zs* 10 non *om. B* suae] sed *B* uocabule *B* 12 praedicauit *Z* 14 liceat *s* 15 ista *Zs* ita *B* 16 despiciet *B* 17 ostenderet *B* singulare *s* 18 naturam *om. B* remouis *B* 18/19 incarnata *s Fulg.* incarnatus *B* in carne *Z* 19 qua *s Fulg.* a qua *B* quae *Z* prohibetur *B* 20 naturae *s* qua incarnata *om. B* quia *s* affirmatur *s* se *om. B* 21 carnis incarnato *B* se *om. Z* ipsum *B* 22 sublimus *B* 24 deitate *s* 25 quid[1]] qui *B* 26 hoc *Zs* huic *B* deus homo *B* homo deus *s* homo *Z* et[2] *Bs* aut *Z* 27 cum uel *Z* aliquid uel *Bs* alius quam *Z* 28 aliquid *Bs* aut *Z* si falsus *om. B* 29 marcionista *Z* pestis *B* exultat *B* 30 ueritate *B* abnegauerunt *Zs* esse *om. B* 31 pernitiores *B* continenter *Z* 32 quo *B*

fidem catholicam tenere manifestum est, uera illic ergo est humanae naturae substantia et proprietas humanae ueraciter conditionis existit, ut uerus homo sine cunctatione subsistat, quia aliter esse uerus homo non possit nisi naturae suae substantialiter uerus proprietate subsistens. nihil est ergo cur uel esse uerum uideantur firmare, si non est, aut 540
cur negare contendant uerum non esse quod uerum est. si autem non negant, manet ergo naturaliter in suae proprietate substantiae, quia uerum aliter esse non poterit. quaerant ergo isti qua suae dementiae foueas quibus circumdantur, euadant, et palam se aut in illorum esse numero fateantur qui uerum Christi corpus impugnant, aut negare non audeant [quod] non nisi hac ratione uerum esse ⟨sine qua uerum esse⟩ non possit, sicut et cum eundem deum dicimus uel secundum deum loqui aut facere praedicamus, aliter uerum esse non possit nisi ueram illic diuinitatem et in suae proprietate substantiae permanentem deitatis fateamur esse naturam. ergo haec utraque in uno domino Iesu Christo uera esse manifestum est, uera autem utraque aliter esse non posse nisi in suarum proprietate permanentia naturarum nullus humanae mentis sensus, si quantulaecumque rationis est, prorsus addubitat. haec, inquam, in uno eodemque domino Iesu Christo atque in eius una eademque persona, qua ex utrisque naturis unus atque idem est, utraque ineffabili atque insolubili unitione perpetua sunt, ut et totus deus homo sit et totus homo deus sit atque haec eadem ex quibus uel in quibus unus atque idem et deus homo est et homo deus est, confusa non sint, diuisa non sint, deficientia non sint, sed sic unum eundemque et deum hominem et hominem deum utraque unita perficiant, ut proprietatem suam penitus non amittant, qua ut ex utrisque unus atque idem deus homo et homo deus possit esse, perficiunt. alioquin si quaelibet earum, quod absit, proprietas exinde subtrahatur, aut deus homo non erit aut homo deus esse non poterit ac sic, ut eo ueniamus quo nos istorum cogit uenire intentio, unius rei proprietate sublata pro parte apud eos dimidius erit Christus, non unus, non integer ideoque nec uerus. sequitur ut falsus, quia modis omnibus in hoc tendit abruptum, si aliquid naturaliter inde remouetur ex quibus uel in quibus unus et integer Christus est, ob hoc consequenter et uerus. ergo ut uerus sit, integer sit necesse est; ut integer sit, unus atque idem sit necesse est; ut unus atque idem sit, utraque in eo sine ambiguo permanent, ex quibus uel in quibus unus idemque persistit. unde quod nos homines imperiti duos Christos asseuerare delirant, quia

---

7—12 quaerant — naturam *adfert Fulgentius l. c.*

BZs

1 tere *B* 3 quia aliter] qualiter *B* posset *B* 4 si *om. B* aut *om. B* 6 sua *B* potest *Z* 7 quaerunt *Z* quas *B* clementiae *B* uadant *B* 8 illorum esse de *Fulg.* 9 quod *Z om. Bs* non *BZ* tum *s* hanc *B* sine — esse *Fulg. om. BZs* 11 aliter uerum] alterutrum *B* posse *B* sua *s* proprietatem *B* 12 dn̄o nr̄o *Z* 13 non esse *B* 14 naturarum permanentia *Z* si *om. Z* 15 addubitet *Z* uno *om. B* 16 eius una eademque *s* una eademque eius *Z* edemque *B* qua ex] quae *B* utriusque *B* 17 homo deus *Zs* 17/18 deus homo *Zs* 18 unus *om. B* 19 est *om. B* sint[1]] sunt *B* diuisa non sint *B om. Zs* 19/20 eademque *B* 20 et[1] *Z om. Bs* proficiant *B* 21 admittant *B* ammittant *Z* idem] unus idem *B* 22 proficiunt *B* alioquin *B om. Zs* qualibet *Zs* 23 esse [posse *B*] non poterit *Bs* non poterit esse *Z* uenimus *Zs* 24 uenire *om. B* rei *om. B* 25 dimidius *Thiel* medius *BZs* 26 abrumptum *Z* inde remouetur *om. B* 27 uel *om. B* 28 sit[1] — sit[2]] intersit *B* 28/29 sit[4] — sit *om. Z* 28 sit[4]] si *B* 28/29 necesse — sit *om. s* 29 utroque *s* eum *Z* permanente *s* submanent *B* 29/30 idemque *Bs* atque idem *Z* 30 delirant *Zsmg* delerant *B* deierant *s*

541 dicamus proprietatem uniuscuiusque substantiae uel naturae in Christo manere perpetuam, dolenda potius eorum grandis est caecitas, qua non uident non duos Christos per haec posse depromi ex quibus integer Christus existit et sine quarum unaquaque substantia integer non possit ostendi, sed ipsi potius se non integrum Christum confitentur astruere, dum in eodem sacramento aliquid de his quibus integer constat, conantur abstrahere. itaque nos magis unum dicimus, qui integrum profitemur, et illi partem remouendo de his ex quibus integer et unus existit, ita unum non habent, sicut nec integrum, et sicut integrum non habent, ita nec uerum. quapropter cum nobis obiciunt dyo fysis, sine quibus integer unus et uerus Christus omnino non constat, aperiant sui oculos cordis et uideant quod ipsis potius mone fysis rectius imputetur, per quam non integer Christus, ergo nec unus nec uerus apud eos esse doceatur. numquidnam cum homo ex anima constet et corpore, quorum duas naturas esse non dubium est, non adunatione naturali una persona
Rom. 7, 22
2 Cor. 4, 16 et unus est homo? amplius dicimus: certe et interiorem hominem et exteriorem scripturae
Eph. 3, 16 diuinae saepe testatur auctoritas et tamen non ideo duo homines in uno, sed una persona et unus est homo, unde interior et exterior ad significantiam dicitur qualitatum, non ad euidentiam personalem duorum. quanto magis in illa ineffabili adunatione indiuisibili numquamque soluenda sicut salua proprietate utriusque naturae, ex quibus hoc mysterium constare non dubium est et sine quibus constare non posse manifestum est, [sicut] una eademque persona est domini nostri Iesu Christi, sic integer, sic unus, sic uerus est Christus, et magis unus non est, si integer non est, quia sublata parte ex his quibus integer approbatur, dimidius uidebitur esse, non integer, et sicut unus non est, sic integer non est, et sicut integer non est, sic uerus non est; si uerus non est, falsus apud eos Christus esse conuincitur. quod mysterium a beatae conceptionis exordio sic coepisse sacra scriptura
Prou. 9, 1 testatur dicendo sapientia aedificauit sibi domum septiformis spiritus soliditate subnixam, quae incarnationis Christi, per quam efficimur diuinae consortes naturae, ministraret alimoniam. certe sacramenta quae sumimus corporis et sanguinis Christi, diuina
2 Petr. 1, 4 res est, propter quod et per eadem diuinae efficimur consortes naturae, et tamen esse non desinit substantia uel natura panis et uini, et certe imago et similitudo corporis et sanguinis Christi in actione mystica celebrantur. satis ergo nobis euidenter ostenditur hoc nobis in ipso Christo domino sentiendum quod in eius imagine profitemur celebramus
542 et sumimus, et sicut haec licet in diuinam transeant sancto spiritu perficiente substantiam, permanent tamen in suae proprietate naturae, sic illud ipsum mysterium principale cuius nobis efficientiam uirtutemque ueraciter repraesentant, ex quibus constat, proprie permanentibus unum Christum, quia integrum uerumque, permanere demonstrant.

BZs

1 proprietate *B* substantia *B* perpetua *B* 2 quia *Z* 3 extitit *B* quarum *om. B* 4 se *s om. BZ* 5 cum *Bs* 6 confitemur *B* 7 existet *B* 8 duo fisis *B* δυόφυσιν *s* 9 sui oculis *B* oculos sui *Zs* 10 mono fysis [physis *B*] *BZ* μονόφυσις *s* 11 unus nec *om. Z* *malim* docetur homo *om. B* 12 non dubium non *B* 13 et exteriorem hominem *Z* 14 uideo duos *B* 16 euidentiam *Zs* diuidentium *B* duarum *B* adunitione *B* inuisibili *Z* 17 numquam *B* sicut *om. Z* utrisque *B* 18 sicut *deleui* 21 sicut *B* sic *Zs* sic *B* sicut *Zs* 22 si *Zs* sic *B* 23 cognoscitur *B* 25 subnexa *B* 26 alimonia *s* suminus *B* 27 esse *om. B* 28 imago et *om. B* 29 in illa *Z* mistica *B* mystice *Z* mysteriorum *s* celebratur *Z* 30 dn̄o nostro *Z* 31 et sumus *s* *om. B* et *Z* ut *Bs* haec licet *BZ* in hanc scilicet *s* profi-ciente *B* 32 permanente *s* 33 constant *Z*

Sed apostolus, inquiunt, dixit de Iudaeis: si cognouissent, numquam dominum 543
maiestatis crucifixissent. ecce, inquiunt, dominus maiestatis est crucifixus. plane 1 Cor. 2, 8
hoc dicimus, hoc sentimus salua impassibilitate deitatis; deitas enim impassibilis semper
sine ambiguitate persistit. sicut enim legitur dominus maiestatis Christus, sic utique
legitur etiam hominis filius; itaque et dominus maiestatis filius hominis est et ⟨deus⟩ homo
est et filius hominis dominus est maiestatis et homo deus est, et quicquid deitatis est, habet
filius hominis et quicquid humanitatis est, habet dominus maiestatis. sed per quid cru-
cifixus sit dominus maiestatis, beatum Petrum audiamus dicentem: Christo igitur 1 Petr. 4, 1
carne passo. omnes eadem fide armamini: carne passum dixit, non deitate. cum
tamen ipsa deitas totum suum faciat, quicquid caro perpessa est, sicut et filius hominis
suum habet totum quicquid est dei, [et] sub una persona merito unus atque idem dicitur
pati, quicquid ut deus homo patitur, non infirmitate et conditione passibili, sed dignatione
suam faciens passionis iniuriam, adunatione particeps, sed sine passibilitate compatiens,
sicut unus idemque uirtutes operatur, quicquid ut homo deus operatur. si enim quamuis
corporeis obnoxia passionibus anima sit humana et eorum uel mulceatur blanditiis uel
afficiatur aduersis et compatiendo sentiat ipsa quicquid conditioni carnis infertur, non
tamen secundum se ipsam, quod est, animae substantia uel uulnere sauciatur uel quibus-
libet plagis uexationibusue contingitur, unde dictum est nolite timere eos qui occi- Mt. 10, 28
dunt corpus, animam autem non possunt occidere, quomodo possit fieri ut dei-
tas his subiaceret rebus quibus anima non subiacere cognoscitur? cum tamen, ut dictum
est, diuinitas non passibilitate, non cruciatione, non afflictione, non uulneratione passi-
bilis sit, sed ea dignatione qua suscepit hominem sibique uniuit, suum facit quicquid ho-
minis est, quia et homini tribuit quicquid est dei, ita tamen ut ab omni passibilitate pror-
sus intemerata permaneat. quapropter hanc regulam catholicae fidei orthodoxaeque
doctrinae, quam a cunctis patribus catholicae magistris ecclesiae, sicut eorum dicta testan-
tur [quae recensere perlongum est] ex diuinis manantia fontibus, ad nos usque transmissam
suscepimus, quaeque summatim perstricta libauimus, cum sede apostolica uestra dilectio 544
unanimiter teneat, constanter praedicet patienterque defendat cunctasque aduersum haec
blasphemias praecedentes exterminet, quae pugnas magis uerborum, sicut ait apostolus, 1 Tim. 6, 4
conantur ingerere quam salutarem cunctis suscipere ueritatem, ut id ipsum dicentes uno
corde unoque ore et credamus quod a maioribus nostris accepimus, et donante domino
tradamus posteris confitendum. ** cum quibus nobis unitam fidem deo propitio perdu-
rare catholicorum subiecta testimonia magistrorum recensita testantur.

BZs

2 plena *B* 3 inpossibilitati inpassibilitate *B* 4 sicut] sic *B* 5 et[1] *om. B* deus *add. Thiel* 6 et[1] *om. B* dn̄s *Z* ds̄ *Bs* deus *om. Z* 6/7 deitatis — quicquid *om. B* 7/8 sed — maiestatis *B om. Zs* 11 dei *om. B* et *deleui* 12 dignationem *B* 13 patiens *B* 15 a passionibus *B* 16 condicione *Z* 17 ipsa *s* quod *ZB* quae *s* uel *Z* ullo *Bs* 18 uexationibusque *Zs* contingetur *B* 19 posset *s* 20 subiacere *B* 22/23 hominis — quicquid *om. B* 23 et *om. s* 24 catholicaeque *s* 25 magistri *B* 26 quae — est *interpolata sunt, ut testimoniorum omissio excusaretur* transmissa *Bs* 27 sede apostolica *Z* sedem apostolicam *Bs* 28 patienterque *B* sapienterque *Zs* hanc *s* 29 procedentes *s* 30 coantur *B* 32 tradamus *Zs* nr̄o damus *B* *lacunam indicaui, quae inde orta est quod ultima sententia delebatur quando testimonia omittere placuit, atque ex postliminio non integra restituta est* unitam fidem *s* uitam fidem *Z* unitatem fidem unitam fidem *B* 33 testantur in subditis *Z*

35a 1 Ignatii episcopi et martyris Antiocheni ex epistula ad Ephesios: Vnus medicus est carnalis et spiritualis, factus et non factus, in homine deus, in morte uita aeterna, ex Maria et ex deo, primum passibilis et tunc impassibilis, dominus noster Iesus Christus.

2 Et post pauca: Singuli, inquit, uiri communiter omnes in gratia ex nomine conuenite in una fide et in uno Iesu Christo secundum carnem ex genere Dauid, filio hominis et filio dei.

3 Eustathii episcopi Antiocheni confessoris contra Arianos: Quapropter congruas uirtutes et gubernationes gentium et populorum et mixtarum plebium et rerum uniuersarum
Lc. 2, 52 imperium homo percipiebat Christi palam, qui et sapientia et aetate gratiaque proficit, sicut euangelii litterae docent particulariter.

Ioh. 13, 3 **4** Eiusdem contra eos: Et iterum cum dicitur Iesus sciens quia omnia dedit ei pater in manus atqui ut ita, introducit hominis potestatem declaratque quomodo aeterni sumens sceptrum imperii omnium haberet commissum iudicium.

Col. 2, 9 **5** Eiusdem contra eos: Si enim in Christo, inquit, plenitudo diuinitatis inhabitat, aliud ⟨est quod inhabitat, aliud⟩ uero quod inhabitatur. si uero naturaliter differunt ab alterutris, neque mortis passionem neque cibi adpetitum neque desiderium poculorum, non somnum, non tristitiam, non fatigationem, non lacrimarum effusiones, non aliam quamlibet mutationem plenitudini diuinitatis coexistere fas est, cum sit inconuertibilis per naturam. homini uero haec adplicanda sunt proprie, qui ex anima constat et corpore;
545 congruit enim ex ipsis humanis et innoxiis motibus demonstrare quia non phantastice et putatiue, sed ipsa ueritate totum hominem indutus est deus perfecte adsumens.

6 In eiusdem: Quocirca aliud quidem erit mortale, aliud [quidem] praeter hoc immortale. consequenter autem et Timotheo eandem scribens epistulam prospiciens deiferum
2 Tim. 2, 8 hominem proclamabat: memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum.

7 Et post pauca: Homo autem deum ferens, qui mortis passionem sponte censuit sustinere propter hominum utilitatem, palmam quidem et certaminis, ut ita dicendum sit, honorem potestatem percepit et ubi recipitur, gloriam, quam nequaquam prius habuerat.

8 Hippolyti episcopi et martyris [Arabum metropolis] in memoria haeresium: Hic procedens in mundum deus et homo apparuit. et hominem quidem eius facile est intelle-
Mc. 4, 38 gere, cum esurit et fatigatur et laborat et sitit et formidat et fugit orat contristatur et super
Lc.22,44.43 ceruical dormit et calicem respuit passionis et anxius sudat et ab angelo confortatur et a

---

1 *Ign. ad Ephes.* 7, 2 = *Theodoret. eran.* 1 *p.* 51 *Schulze* **2** *Ign. ad Ephes.* 20, 2 = *Theodoret. l. c.* p. 50 5—18 corpore *redeunt infra* 45 *non sine discrepantiis* **6** *cf.* [*Athan.*] *sermo maior de fide* 77 [38, 10—13; *Sitzungsber. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* 1924, 6 p. 31] **8** = *Theodoret. eran.* 2, 132. 133 τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ β ψαλμοῦ, *pari modo apud Theodoretum atque Gelasium in breuius redacta sunt ipsa Hippolyti uerba, quae plene extant in homilia* [*Hippolyti quae feruntur ed. Lagarde* p. 55, 31—57, 4] *quae initio priuata extat in fine codicis Vaticani 1431 sub titulo* ὁμιλία Ἱππολύτου εἰς τὴν αἵρεσιν Νοήτου τινός, *re uera Theodoreto teste erat homilia in Ps. 2, 7. 8*

s

1 *inscr.* TESTIMONIA VETERVM DE DVABVS NATVRIS IN CHRISTO *s* 4 inquit = ὅτι in *scripsi* ex *s* 5 unam fidem *s* 11 atqui ut ita] *coniecerim* et quia ad deum uadit *cf. Ioh. 13, 3* declarat quae *s* 14 est — aliud *addidi ex* 45 21 quidem *deleui* 27 honorem = τιμήν gloria *s* 28 Arabum metropolis *inepte ex Rufino Hist. eccles.* 6, 20, 2 *male intellecto addita* memoria = *mentione*

Iuda traditur et contumeliam patitur a Caipha et ab Herode despicitur, a Pilato flagellatur eique a militibus illuditur et a Iudaeis ligno configitur et ad patrem clamans commendat spiritum et inclinato capite spiritum tradit, latus lancea perforatur, inuolutus in sindone ponitur in sepulcro et a patre die tertia suscitatur. diuinitatem uero eius uidere rursus clarum est, quando laudatur ab angelis et hoc a pastoribus inspicitur et expectatur a Si- Lc. 2, 13. 15
meone et ab Anna testimonium perhibetur et quaeritur a magis et ab stella designatur et Lc. 2, 28 sq.
aquam in nuptiis operatur uinum et increpat mare uiolentia commotum uentorum et am- 546 38
bulat super mare et caecum ex natiuitate uidere facit et mortuum Lazarum quatriduanum resuscitat et uarias facit uirtutes datque discipulis potestatem.

9 Eiusdem: Vidisti? quod secundum carnem quidem eius est, ex Dauid narrat; quod Rom. 1, 3. 4
uero secundum spiritum, ex deo. quapropter probatum est eundem et deum et hominem.

10 Athanasii episcopi Alexandrini in libris contra Arianos: Quia igitur aliqui, magis autem et plurimi qui nondum discipuli facti ex quadam petulantia ad docendum uenerunt nescientes neque quae dicunt neque de quibus adfirmant, excaecatis oculis mentis non 1 Tim. 1, 7
habentes intellectum uidentem deum sicuti Iacob neque mundum cor uidens deum, ea quae Gen. 32, 30
propter hominem saluatoris nostri quem propter nos indutus est, sunt scripta ⟨uerba⟩ et opera Mt. 5, 8
humilia et pauperes uoces, diuinitati tribuentes uerbi errant et errare faciunt minus doctos et infirmos, ut humiliter de domino sapiant, necessitatem habemus exponere, sicut Iudas Iud. 3
scribit, per epistolam quae congruant uerba diuinitati uerbi et quae secundum saluatorem intellegendo homini. sicut enim in sacculo aurei solidi et argentum positum unius imperatoris imaginem et inscriptionem nominis utraque habent, sed nouit nummularius custos eorum auri excellentiam ultra honorem inferioris argenti, ita licet in una scriptura de diuinitate filii et de corpore ex Maria quod propter nos indutus est, sit scriptum, singula tamen eorum scimus sicut discipuli sapientes unius et uere magistri. quaecumque igitur humilia uerba et opera sunt, in corpus filii intellege scripta; quaecumque litterae gloriosae, in uerbi diuinitatem.

11 Eiusdem contra eosdem: Certissime itaque sciat omnis domus Israhel Act. 2, 36
quia Iesum et Christum eum deus fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis. et ipsum ergo crucifixum domini hominem ostendentes quasi per digitum apostoli dixerunt: hunc Iesum quem uos crucifixistis, Christum et dominum fecit eum deus. certissime itaque domini homo et principium, inquit, uiarum creatus est perscriptarum Prou. 8, 22
ad beneficium operum et principium [uiarum principium] omnium sanctorum, qui appellati sunt uia, et dominus et Christus est, qui factus est et crucifixus est.

12 Eiusdem: Quod ergo ex ligno depositum est corpus mortuum Iesu quodque in monu- 547
mento positum est et sepulturae conditum a Ioseph Arimathiae, hoc suscitauit uerbum dicens: soluite templum hoc et in tribus diebus suscitabo illud. qui Ioh. 2, 19
et omnes mortuos uiuificat, et ex Maria hominem Iesum Christum uiuificauit, quem

---

10 [*Athanasii*] *sermo maior de fide* 60 (24) l. c. p. 19, 6—26; *ultima uerba* [24—26] *redeunt infra* 47 *non sine discrepantia. ceteros testes attuli l. c.* **11** *ibid.* 57 (22) p. 18, 1—10 **12** *ibid.* 62 p. 22, 9—10; *cf. Theodoret.* 3, 239. 240 *qui initio paulo plura habet. ceteros testes attuli l. c.*

s

7 aqua *s* 13 quadam *scripsi* qua *s deest in Graeco* 16 uerba *addidi* 19/20 quae² — intellegendo] τῶι δι' ἡμᾶς ἀναληφθέντι *Graeca* 21 numularios *s* 28 Iesum] *corruptela Graeca*, ιν *pro* κν 32 uiarum principium *deleui secundum Graeca* 37 uiuificabit *s*

adsumpsit. si enim in cruce existens praedicta sanctorum corpora mortua suscitauit, multo potius suscitare potuit quod induit corpus, semper uiuens deus uerbum, sicut Paulus
Hebr. 4, 12 ait: uiuum enim est uerbum dei et efficax.

13 Eiusdem: Sicut enim lumen non laeditur in tenebroso loco, neque pati potest aliquid uita mortalem uisitando naturam. inconuertibilis enim et immutabilis est uerbi diuini-
Mal. 3, 6 tas, sicut ait in propheta dominus de semet ipso: uidete uidete quia ego sum et non mutabor.

14 Eiusdem ex epistula ad Epictetum: Sed enim non phantasia est salus nostra neque corporis solius, sed totius hominis, animae et corporis, uere salus est facta. humanum itaque naturaliter quod ex Maria est, secundum diuinas scripturas et uerum fuit, quia id fuit quod nostrum est; soror enim nostra Maria, quoniam omnes ex Adam sumus.

15 Eusebii episcopi Palaestinensis cognomento Pamphili ex expositione psalmi septimi
Ps. 17, 10. 11 decimi: Deus qui inclinauit caelos et descendit, ascendens in hominem quem assumpsit, quem nunc Cherubin sermo nominat, euolauit cum eo ascensum faciens cum diuinis spiritalibus obsequentibus sibi, pennarum uentis ipsis etiam appellatis.

16 Eiusdem ex Euangelica praeparatione libro septimo: Non solum autem Iudaeorum gens, sed etiam omne genus humanum in omnem nequitiae speciem et in ipsam scelestam idololatriam descendens, non aliter subiugationem futuram insinuat, nisi per solum san-
548 citum in homines aduentum dei uerbi ex uirgine experte nuptiarum uas humanum assumeretur. quae autem rei huius utilitas, iam tempus est dicere. quia per hominem
Rom. 5, 12 mors intrauit in mundum, sicut ait apostolus, oportebat quodam modo per eundem hominem et contra eum exerceri uictoriam, ut corpus mortis corpus uitae monstraret.

Ps. 88, 36 **17** Et rursus eiusdem: Si uero iurantem eum audieris per sanctum, ut patrem suum audi iurantem per deum uerbum, quod omnibus saeculis praeexistit, sanctum et unigenitum eius filium, quem deum uarie locutae sunt dudum a nobis positae uoces, per quem iurat deus et pater eius tamquam dilectum eum qui ex semine Dauid est, in infinitum saeculum glorificaturus. quod etiam factum est, quando uerbum incarnatum eum qui ex
2 Reg. 7, 14 semine Dauid est, assumpsit atque deificat. unde et filium eum appellat dicens: ego
Ps. 88, 28 ero ei in patrem et ipse erit mihi in filium, et iterum: ego primogenitum ponam illum.

18 Gregorii episcopi Nazanzeni in natali domini: Duplex erat Christus, homo quidem quod uidebatur, deus uero quod non uidebatur; comedens quidem ut homo uere et sicut nos, habuit enim carnis similem passibilitatem sicuti nos.

---

13 *ibid.* 64 (27) p. 24, 9—11, *redit infra* 50. *cf. Theodoret.* 3, 240 **14** *Athan. epist. ad Epictet.* 7 [p. 11, 11—16 Ludwig]; *cf. Exc. Ephes.* 6. *Theodoret.* 1, 60 **15** *eadem explicatio uerbis prorsus aliis exponitur in Eusebii quae feruntur commentariis PG* 23, 172 **16** *ex Euseb. Demonstr. euangel.* 7, 1, 19 *ita male excerpta sunt, ut primae sententiae ne intelligi quidem possint* **17** *cf. Eus. Dem. euang.* 6, 12; *crediderim locum desumptum esse ex illius operis libro deperdito* **18** *in Gregor. Naz. or. 38 nihil legitur nisi breuis sententia* διπλοῦς γὰρ ἦν [15]; *cetera ubi extent, non extricaui* *s*

1 praedicta] προδιαλυθέντα *Graeca* 5 inconuersibilis *s* 9 solius *Thiel ex Graecis* solutio *s* 10 *inter* fuit *et* quia *interciderunt hic et apud Theodoretum* τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, ἀληθινὸν δὲ ἦν quia *scripsi secundum Graeca* qui *s* 14 nominat *scripsi* nominans *s* 15 uenti *s* 19 hominis *s* 23 ut *scripsi* et *s*

19 Eiusdem ad Cledonium: Naturae quidem duae deus et homo, nam et anima et corpus; filii uero non duo neque dii. neque enim hic duo homines, licet ita Paulus et quod intus est hominis, et quod foris est, appellauerit. et si oportet dicere compendiose, aliud quidem et aliud ex quibus saluator, si quidem non idem est inuisibile quod uisibile, et sine tempore quod sub tempore est; non autem alter et alter, absit. ambo namque unum temperamento cognata. ep. 101 2 Cor. 4, 16

20 Eiusdem: Non fallant homines, inquit, neque fallantur hominem sine mente suscipientes dominicum, sicut ipsi dicunt, magis autem dominum nostrum et deum. neque enim hominem diuinitate secernimus, sed unum eundemque dogmatizamus, prius quidem non hominem, sed deum et filium unigenitum et ante saecula, non mixtum corpori et quaecumque sunt corporis, in fine uero et hominem assumptum. ep. 101

21 Basilii episcopi Caesareae ex libro contra Eunomium: Qui uel modice considerat sermonis apostolici uoluntatem quia non diuinae ratiocinationis modum nobis tradit, sed dispensationis uerba declarat. dominum enim et Christum eum deus, inquit, fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis, ostentatiua uoce humanitatem eius et quod uidetur palam uniuersis, insinuans. 549 Act. 2, 36

22 Eiusdem ex sermone gratiarum actionis: Quapropter deflens super amicum se ipsum communem humanae naturae monstrauit et nos ex utraque exaggeratione liberauit, ut neque passionibus debilitemur neque tristitiam insensate feramus. Ioh. 11, 37

23 Gregorii episcopi Nyseni contra Eunomium: Dextera itaque dei exaltatus. quis ergo exaltatus est? humilis an excelsus? quid autem humile nisi quod humanum? quid uero aliud praeter diuinitatem excelsus est? sed deus exaltari non indiget, cum sit excelsus. humanitatem igitur apostolus exaltatam dicet, exaltata uero est [et] quod dominus et Christus est facta. non ergo ante saecula essentiam domini in eo quod ait fecit, desig- nat apostolus, sed humilis transitionem ad excellentiam, quae per dexteram dei facta est. declaratur enim et per hoc uerbum pietatis sacramentum. qui enim dixit quia dextera dei exaltatus est, certissime reuelauit dispensationem ineffabilem sacramenti, quia dextera dei creatrix omnium existentium, quae est dominus, per quam omnia facta sunt et sine qua factorum constitit nihil, ipsa unitum ad ⟨eam⟩ hominem euexit per unitatem ad propriam celsitudinem. Act. 2, 33 Act. 2, 36 Ioh. 1, 3

24 Eiusdem aduersus eundem: Neque uiuificat, inquit, Lazarum humana natura neque deflet sepultum impassibilis substantia, sed propriae quidem sunt hominis lacrimae, uita uero uere uitae est. non pascit milia humana paupertas neque currit ad ficum omnipotens substantia. quis est fatigatus ex itinere et quis sine labore totum mundum uerbo constituit? quid est splendor gloriae et quid quod clauis transfixum est? quae forma in passione caeditur palmis et quae ex infinitate glorificatur? Ioh. 11, 35 Mc. 11, 13 Hebr. 1, 3

---

19. 20 *cf. Exc. Ephes.* XIIII **19** *cf. Theodoret.* 2 p. 147 **21** *PG* 29, 377, *cf. Theodoret.* 3, 244. **22** *PG* 31, 228, *cf. Theodoret.* 2, 146 **23** *Greg. c. Eun.* 3 t. 3, 43 p. 116 *Jaeger*, *cf. Theodoret.* 2, 151. 152 **24** *l. c.* 65. 66, *cf. Theodoret.* 3, 247. *Facundus* 11, 4

s

1 Eledonium *s* 6 cognata *deest apud Gregorium* 7 sine *Thiel* si *s* 13 uoluntate *s* 22/23 ὁ ὕψιστος *Greg.* excelsum *s* 23 et *deleui* 24 essentia *s* 26 σαφηνίζεται *Greg.* declarat *s* 29 πρὸς αὐτὴν ἄνθρωπον *Greg.* ad hominem *s* unitatem *s* τῆς ἑνώσεως *Theodoret.* ἀνακράσεως *Greg.* 32 proprie *s* 36 αἰδίου *Greg.* infirmitate *s*

Ioh.14,28.27 **25** Amphilochii episcopi Iconii ex libro ubi exponit pater meus maior me est: Non
550 conturbetur, inquit, cor uestrum neque formidet quia tradendus Iudaeis sum; non enim inuita res est, sed spontanea passio. uado et uenio ad uos. uado et uenio, utrumque sicut homo; sicut deus autem inseparabiliter sum uobiscum. uado per mortem homo, uenio rursus per resurrectionem homo. si diligeretis, gauderetis utique quia uado ad patrem meum, [et] quia pater meus maior me est. sed non conturbetur cor uestrum, quia dixi pater meus maior me est. maior enim est eo qui uadit ad eum, non eo qui est in eo. sicut enim deus, in patre sum; sicut autem homo, uado ad patrem. illo ergo maior est pater, qui nunc uadit ad eum, non qui est in eo.
Mc. 6, 38 et ut conpendiose dicam, maior est et aequalis, maior interrogante quantos panes ha-
Ioh.11,34.43 betis, aequalis satianti populum totum ex quinque panibus; maior interrogante ubi Lazarum posuistis, aequalis Lazarum suscitanti sermone.

Ioh. 5, 24 **26** Eiusdem et in alio sermone, dum explanaret illud amen amen dico uobis quia qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me, habet uitam aeternam, haec ait: Cuius ergo sunt passiones? carnis. si das passionem carni, da ei et humilia uerba, et cui adscribis miracula, supernos commenda sermones. miraculorum enim operator deus merito sublimia loquitur et operum digna, passum uero templum bene humilia loquitur et similia passionum.

27 Eiusdem contra Arianos: Discerne igitur, inquit, iam naturas et dei et hominis. neque enim secundum excessum ex deo factus est homo neque secundum profectum ex homine deus. deum enim et hominem dico; cum uero passiones carni et dederis deo miracula, necessario etiam nolens dabis humilia quidem uerba homini ex Maria, sublimia uero
Ioh. 1, 1 et deo decibilia uerbo, quod in principio erat. propterea enim alicubi quidem sublimes loquitur sermones **, ut per sublimes quidem inhabitantis uerbi indicet maiestatem, per
Ioh. 10, 30. 14, 28 humiles autem humilis insinuet carnis infirmitatem. unde alibi quidem aequalem se patri dicens, alibi uero maiorem patrem non sibi repugnat, sed ostendit quia et deus et
551 homo est, deus quidem ex sublimibus, homo autem ex humilibus. si autem uultis nosse quomodo pater maior est, ex carne dixit et non ex persona diuinitatis.

28 Eiusdem: Noli, inquit, passiones carnis uerbo impassibili adplicare. deus enim sum et homo, haeretice, deus, sicut profitentur miracula, homo, sicut testantur passiones. quia ergo deus sum et homo, dic quis passus est? si deus ⟨est⟩ passus, dixisti blasphemiam; si uero caro passa est, cur non passionem adplicas cui inicis quoque formidinem? alio enim patiente alter non timet et homine crucifixo non perturbatur deus.

---

26 = *Theodoret.* 3, 248; si das — passionum *Facund.* 11, 3 **27** = *Theodoret.* 1, 66; 19—21 deus = *ibid.* 2, 152; 21 cum uero — 28 *ibid.* 3, 248. 249, *ubique inscribendo* ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν [Ioh. 14, 28]; 19—22 = *florileg. Chalcedon.* 20, 6. *florileg. cod. Vatic.* 1431 II 21 [*Abhandlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 36] *inscribendo* ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου **28** *Holl, Amphiloch.* p. 100, 31—101, 5 = *Theodoret.* 3, 249 *inscribendo* ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὸ εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο [Mt. 26, 39]; 31—33 *Facund.* 11, 3 *sub eadem inscriptione s*

5 diligeritis gauderitis *s* 6 et *deleui* 11 satiante *s* 12 suscitante *s* 16 adscribes *s* supernos *Fac.* supranos *s* 17 templum = ναός, ἄνος *Theodoret. Fac.* 23/24 φθέγγομαι *Theod.* 24 *exciderunt* πῆι δὲ ταπεινούς δείξω *Theodoret.* 25 γνωρίσω *Theodoret.* 26 μαχόμενος ἐμαυτῶι *Theodoret.* δεικνύς *Theodoret.* 28 εἶπον *Theodoret.* 31 passus est *Fac.* passus *s* 32 τί μή *Theodoret. Fac.* τί *Amphil.* passioni *s* ὧι *Theodoret. Fac.* ὧι — οὐκ *Amphil.*

29 Antiochi episcopi Ptolemaidis: Agatur, inquit, et qui ex grege haereticorum est. cur confundis euangelium? cur temptas deum et hominem? quando audieris de Christo aliquid humile et pauper et mediocre et seruile, deinde deo dignum et sublime caelumque contingens, redde quae huius sunt, huic, et quae huius, huic.

30 Eiusdem in festiuitate natiuitatis: Liber, inquit, generationis Iesu Christi Mt. 1, 1
filii Dauid filii Abraham. habes qui ex deo est, suscipe qui ex Maria. neque illum neges neque hoc confundaris. habes filium dei, habes filium Mariae; habes dominum, habes seruum; habes creatorem, habes interpretem; habes aeternum, habes temporalem; habes de caelo, habes de Bethlehem; habes caelestem, habes terrenum. quicquid gloriosum, iaculare sursum; quicquid humile, huic coniunge.

31 Eiusdem: Peperit Maria infantem, hoc erat hominis; orta est desuper stella, hoc erat dei. lacte nutriebatur infans, hoc eius qui secundum nos est; obsecundant ei qui natus est, magi, hoc eius qui ante saecula est. iactatur in spelunca, hoc ** clementiae est.

32 Eiusdem: Lucernam, inquit, intellego ex Maria hominem, lucernam, quia assumptus ex terra et ex meo luto fictus est, lucernam hominem ignem habentem, deum. quando consideras deum in homine et uides hunc quidem de terra, hunc uero de caelis, quando 552
uides hunc quidem ex Maria, hunc autem ex patre et utraque in se inseparabiliter copulata, illud intellege quod deus noster ignis consumens est. Ps. 131, 17 Hebr. 12, 29

33 Eiusdem aduersus Iudaeos in pascha loquens: ⟨Si⟩ omnino autem cura tibi est uocum propheticarum, cur celas uocem Danihelis dicentem: lapis abscisus est sine manibus Dan. 2, 34. 35
et factus est in montem magnum? putas non tibi uidetur mons Maria? lapis sine manibus abscisus Christus? lapis abscisus sine manibus homo natus sine amplexionibus? sed ne te redarguens meis uerbis dem suspicionem aliquam blasphemiae, non hominem purum dico, carissime, sed hominem per quem saluus factus es, hominem quem prophetae praedicauerunt, hominem ostendentem tibi caelestis uiae principium, hominem de quo plenae sunt omnes prophetiae, hominem quippe qui de se ipso dicebat: quid me quaeritis occidere, hominem qui ueritatem dixi uobis? Ioh. 8, 40

34 Et alibi: Cum uideris, inquit, qui ex Maria est, perscrutare qui celatus est interius.

35 Seueriani episcopi Gabalorum contra Nouatum: Vnigenitum deum uerbum pater genuit deus, noua et his peregrina uulua uirginis generauit. audi euangelistam dicentem: ecce concipies in utero et paries filium et uocabunt nomen eius Lc. 1, 31
Iesum. qui ex tuo corpore pariendus est, sed nullus reprehendat uocem tamquam seorsim dicenti deum, seorsim uero carnem; intellectum sequamur, adorationem non separemus.

36 Athanasii episcopi ex epistula ad Epictetum: Dicere autem eum in carnem uersum ipsius uerbi uos mutationem sentire. et quis iam de cetero uos patietur haec solummodo dicentes? omni enim haerese ad impietatem amplius declinastis.

---

36 *Athan. ad Epictet. 4 p. 8, 5—8 Ludwig*

s

8 interpretem *s*, *conicio* in praesepe iacentem 13 *lacunam indicaui* 17 hominem *s* 18 equidem *s* 20 si *addidi* 37 dicere — uersum = τῶι — μεταβεβλῆσθαι 38 nos mutatione *s* sentire = φαντάζεσθαι *pro* φαντάζεσθε nos *s*

Ioh. 1, 14 **37** Gregorii episcopi Nazanzeni ex epistula ad Cledonium: Verbum itaque caro
2 Cor. 5, 21 factum est aequaliter mihi uidetur habere se ad id quod dicitur peccatum eum factum, non in ea domino transmutato (nam quomodo poterat?), sed in eo quod haec suscepit, peccata nostra assumpsit et langores nostros portauit.

38 Eiusdem ex eadem epistula: Si enim non dicitur, inquit, in maledictum eum peccatumque conuersum, cum haec dicitur factus, neque in carnem dicatis eum conuersum; haec namque magna est blasphemia.

Ioh. 1, 14 **39** Ambrosii episcopi Mediolanensis: Sed aiunt quidam scriptum quia uerbum caro
553 factum est. quod scriptum est, non nego, sed uidete quod dictum est. intulit enim et habitauit in nobis, hoc est illud uerbum quod carnem adsumpsit, hoc habitauit in nobis, hoc est in carne habitauit humana. miraris itaque in hoc quod scriptum est uerbum caro factum est, carne assumpta a deo uerbo, quando et de peccato, quod non habuit, dic-
2 Cor. 5, 21 tum est qui factus est peccatum? non natura et operatione peccatum factus est, sed ut nostrum peccatum in sua crucifigeret carne. abstineant itaque dicere uerbi naturam in carnis naturam esse conuersam; aliud est enim quod assumpsit, et aliud quod assumptum est.

40 Iohannis episcopi Constantinopolitani in euangelium secundum Iohannem: Qua-
Ioh. 1, 14 propter cum audieris quia uerbum caro factum est, non conturberis nec concidas; non enim substantia in carnem transiit (hoc enim impietatis est ultimae), sed manens quod est, sic serui formam assumpsit.

Ioh. 1, 14 **41** Eiusdem post pauca: Audi, inquit, euangelistam. intulit enim et inhabitauit in nobis, hoc solum non dicens: nihil incongruum suspiceris in eo quod ait factum est; non enim conuersionem dixi illius inconuertibilis naturae, sed inhabitationem et permansionem. quod autem inhabitat, non idem est quod habitaculum, sed alterum in altero habitat; nam nec erit habitatio.

42 Eustathii episcopi Antiocheni contra Arianos: Deus, inquit, uerbum eandem quam genitor portat imaginem. imago quippe existens diuinae substantiae, uerum autem eius templum homo existens non idem quod templi fabricator est, dissimili ortus ex genere.

43 Rursus eiusdem post pauca: Sed potestatis maiestatem introducere uolens et ipsum corpus mortificatum hic filium dixit, ipsum quidem sublimitatis nomen imponens, id est habitantis in eo dei decibiliter.

44 Et post pauca: Puto autem, inquit, nec insane quisquam et furiose debacchatus dixerit aliquando quia diuinitatis plenitudo mortis passa dispendium est. ergo uesaniunt et bacchantur et furunt et insaniunt et suis mentibus excesserunt qui deo uerbo passionem applicare praesumunt.

Col. 2, 9 **45** Et post pauca: Si enim in Christo, inquit, plenitudo diuinitatis inhabitat, primum quidem aliud est quod inhabitat, aliud autem quod inhabitatur. si autem natura diffe-

---

37 *Greg. ep.* 101 [*PG* 37 p. 190] **38** *in neutra ad Cledonium epistula legitur* **39** 8—10 *Ambros. d. incarn. sacr.* 59; 10—13 *ibid.* 60; 13—15 *ibid.* 61. *non sunt ipsa Ambrosii uerba, sed retro uersa ex translatione Graeca, cf. Theodoret.* 2, 145 **40** *PG* 59, 79 **41** *ibid.* 80, *cf. Theodoret.* 2, 158. 159 **45** cf. 5

s

3 ταῦτα *Greg.* eam *s* ταῦτα *Greg.* hoc *s* 21 solum non [= μόνον οὐχί] *scripsi* solum nunc *s* 23 sed alterum *s Theodoret.* ἀλλ' ἕτερον· ἕτερον γάρ *Ioh.* 24 nec [= οὐδ'] *scripsi* non *s* 36 natura *scripsi cf.* naturaliter 5, naturae *s*

runt ab alterutris, neque mortis passionem neque cibi appetitum neque poculorum desiderium, non somnum, non tristitiam, non fatigationem, non lacrimarum fluxus, non aliam quamlibet mutationem plenitudini diuinitatis coexistere fas est, cum sit 554
inconuertibilis per naturam. homini haec adplicanda seorsim sunt, qui ex anima constat et corpore.

46 Eiusdem: Quoniam neque dicere fas est quia uerbum mortuum est, est deus qui suum templum triduanum suscitauit. si autem alter est, ipse igitur iste natus est primogenitus ex mortuis, qui morte circumamictus est ** ipse uero sit princeps in omnibus qui uirtutes adquisitas suscepit. denique triduanum ex sepulcro resurgens uerbi templum ipso corpore quidem ad proprios uenit apostolos, haec autem uerba dixit eis: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. quia uero hanc potestatem accepit extrinsecus templum, est non qui aedificauit templum praecipua pulcritudine deus. Mt. 29, 18

47 Athanasii episcopi Alexandrini in libris aduersus haereticos: Quaecumque igitur humilia uerba et opera sunt, in corpore Iesu intellege scripta; quaecumque uero gloriosae sunt litterae, in uerbi diuinitate. quando esurit post ieiunium, corporis passio est; cum uero ex quinque panibus quinque milia uirorum praeter mulieres et infantes pascit et duodecim sportae fragmentorum remanent, opus uerbi diuinitatis. cum [uero] super cerui- Mt. 14, 20
calem dormit in naui, corporeae quietis est opus; cum ambulans supra mare increpat fluctibus et uentis quiesce obmutesce, mox audit ab his qui in naui cum iureiurando Mc. 4, 39
confessi sunt, uere dei filius es. cum stans ad sepulcrum Lazari deflet et uenturus Mt. 14, 33
ad passionem dicit tristis est anima mea ad mortem et anxiatur ⟨et⟩ spiritus quidem Ioh. 11, 35
diuinitatem promptam ad omnem dispositionem dicit, carnem uero infirmam, carnis [uero] Mt. 24, 38. 41
infirmitas est contristari et maestum esse; quando imperatiue dicit Lazare ueni foras Ioh. 11, 43.
et surrexit uiuens mortuus quadriduanus, quod factum non est a principio mundi, signum 39
diuinitatis est.

48 Eiusdem de incarnatione: Dum dicit euangelista nondum erat spiritus sanctus, Ioh. 7, 39
quia Iesus nondum fuerat glorificatus, carnem eius dicit nondum glorificatam. non enim dominus gloriae glorificatur, sed caro domini hanc gloriam accepit coascendens ei in caelum, unde et spiritus sanctus adoptionis nondum erat in hominibus et quod assumptae ex nobis primitiae in caelum nondum ascenderant. quaecumque ergo scriptura dicit quia filius accepit et glorificatus est filius, propter humanitatem eius dicit, non 555
propter diuinitatem.

49 Eiusdem in eodem libro: Vnde, ait, et deus eum superexaltauit et donauit Phil. 2, 9
ei nomen quod est super omne nomen et cetera. de templo haec dicit, quod est corpus eius. non enim excelsus exaltatur, sed caro exaltatur excelsi, et carni excelsi

---

47 [*Athan.*] *sermo maior de fide* 60 [24] 24—42, *Sitzungsber. d. bayer. Akad. d. Wiss.* 1924, 6 p. 20. 21; *fere idem excerptum extat in florileg. cod. Vatic.* 1431 II 24 **48** [*Athan.*] *de incarn. et c. Arian.* 3 p. 989 = *Theodoret.* 2, 138. 139 **49** [*Athan.*] *ibid.* p. 988. 989 = *Theodoret.* 2, 138 [ἐκ τοῦ πρὸς Ἀρειανοὺς τόμου]

s

6 est[3] *scripsi* et *s* 8 *lacunam indicaui*; *de sensu cf. Eustathii locos quos adfert Facundus* 11, 1 p. 782[b] *et Theodoretus* 1, 58 [ἐπίκτητον ἀρετήν = uirtutes adquisitas]. 3, 235. 237 12 est *scripsi* et *s* 17 uero *deleui* 18 naue *s* 21 et *addidi* ac *Thiel* 22 diuinitate promptus *s* uero *del. Thiel* 29 et quod = ΚΑΙΟΤΙ *pro* ΔΙΟΤΙ

donauit nomen quod est super omne nomen, et non uerbum dei per gratiam accepit ut uocaretur deus, sed caro eius cum eo deificata est.

50 Eiusdem: Sicut enim lumen non laeditur in tenebroso loco, neque uita potest aliquid
Mal. 3, 6 pati natura, sicut ait ⟨in⟩ prophetia dominus de se uidete quia ego sum et non mutabor.

51 Basilii episcopi Caesariae de gratiarum actione: Sicut ergo suscepit famem dominus forti cibo egesto eius in corpore ** et fatigatus est musculis et neruis ex itinere protensis, non diuinitate labore domata, sed suscipiente corpore naturam sequentes passiones, sic et lacrimas fudit naturalem casum carni aduenire permittens, quod euenit, quando concauitates cerebri ex fumigatione tristitiae completae fuerint et ueluti per quosdam riuos, id est foramina oculorum humectationis onus egreditur.

52 Gregorii episcopi Nysae contra Eunomium: Accusat eos qui passionem assignant humanae naturae; uult enim omnino ipsam diuinitatem subdere passioni. duplici enim existente nec sine dubitatione opinione, siue diuinitas siue humanitas in passione sit facta, unius accusatio in defensione fit modis omnibus eius quod relinquitur. si igitur accusant eos qui passionem circa humanitatem respiciunt, laudabunt indubitanter eos qui passibilem dicunt filii diuinitatem, quae autem per haec struitur, defensio dogmatis eorum absurditatis est. nam si patitur quidem secundum eorum sermonem diuinitas filii, patris uero in omni impassibilitate seruatur, impassibilis ergo natura ad eam quae suscepit passionem, aliter [ergo] habet [qui diuinitatem passam dicit et non templum diuinitatis].

53 Gregorii episcopi Nazanzeni ex epistula ad Nectarium: Et hoc nondum crudele est,
556 sed omnium saeuissimum illud est quia ipsum unigenitum deum, iudicem existentium, principium uitae, destructorem mortis asserit esse mortalem et propria sua diuinitate suscepisse passionem et in triduana illa corporis morte etiam diuinitatem commortuam corpori et ita rursus per patrem a mortuis resurrexisse.

54 Ambrosii episcopi Mediolanensis: Cur, inquit, diuinitati applicas carnis infirmi-
Ioh. 12, 27 tates et infirmitatem humani corporis applicas diuinae naturae? nunc anima mea tristis est ** non sapientia, dicit; sapientia enim perseuerauit inconuertibilis, licet indumento carnis circumamicta sit.

55 Et rursus alibi: Sunt uero quidam qui in tantam processerunt impietatem, ut putent quia diuinitas domini circumcisa sit et quia in ligno non caro fuerit, sed illa diuina substantia creatrix uniuersorum.

56 Damasi episcopi Romani contra Arianos cum anathematis interminatione: Si quis

---

50 *cf. supra* 13 **51** *Basil. de grat. act.* 5 [*PG* 31, 228] *cf. Theodoret.* 2, 146 **52** *Greg. c. Eunom.* 3 t. 4, 4 p. 128 *Jaeger* = *Theodoret.* 3, 247. 248 **53** *ep.* 202 [*PG* 37, 333] = *Theodoret.* 3, 245 **54** *de incarn. sacr.* 41 [*PL* 16, 828] **55** *ibid.* 50 [*PL* 16, 831] = *Theodoret.* 3, 243. 244; *utrobique non sunt ipsa Ambrosii uerba, sed retro uersa ex translatione Graeca* **56** *Theodoret.* 3, 243 *cf. hist. eccl.* 5, 11, 8 = *Turner, monum. iuris etc.* 1, 289[b]

s

4 in *om. s* 7 forte *s* *exciderunt* καὶ τὴν δίψαν προσήκατο τῆς ὑγρότητος ἀναλωθείσης τῆς ἐν τῶι σώματι 8 sequentis passionis *s* 12 Nysiae *s* 14 nec *scripsi cf.* καὶ ἀμφιβόλου *Greg. Th.* et *s* 17 dogmati *s* 19/20 κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλοτρίως ἔχει *Greg.; apud Theodoret.* κατὰ τὴν οὐσίαν *post* φυλάττεται *habetur* 20 ergo *deleui* qui — diuinitatis *om. Greg. Theod.* 21 οὕπω *Greg.* non modo *s* 27 applicans *s* 27/28 tristis] *postulatur* turbata *exciderunt* ⟨; anima mea turbata est,⟩

dixerit quia in passione crucis dolorem pertulit filius dei deus et non caro cum anima, quam induta est serui forma, quam sibimet adsumpsit, sicut scriptura dixit, anathema sit. Phil. 2, 7

57 Amphilochii episcopi Iconii ex libro ubi exponit pater maior me est: Et ut non Ioh. 14, 28 longum extendam sermonem, interrogo te compendiose, haeretice: qui ex deo ante saecula natus est, passus est an qui ex Dauid in postremis temporibus natus est Iesus? si quidem diuinitas passa est, locutus es blasphemiam; si uero homo, sicut ueritas habet, qua gratia non applicas homini passionem?

58 Eiusdem in sermone de filio dei: Cum dixisset enim Petrus quia et dominum eum et Christum deus fecit, addidit hunc Iesum quem uos crucifixistis, Act. 2, 36. 34 quem deus suscitauit a mortuis. mortuum uero est templum, non diuinitas, et qui suscitauit eum uerbum, ⟨dei⟩ uirtus est dicens in euangelio soluite templum Ioh. 2, 19 hoc et in tribus diebus suscitabo illud. si ergo dicit et dominum eum et Christum fecit deus mortuum et a mortuis suscitatum, carnem dicit, non filii deitatem.

59 Seueriani episcopi Gabalorum: Similiter enim, inquit, secundum animam timuit, maestus fuit, contristatus est; tristis est enim inquit, anima mea usque ad mortem Mt. 26, 38. 37 et coepit contristari et maestus esse. haec non erant passiones peccati, sed carnis naturam cognoscentes. denique saluator ut ostenderet quia illa uerba non erant decentia ueritatem, sed congruentia carni, dicit discipulis circa ipsum passionis tempus: 557 tristis est anima mea usque ad mortem; uigilate ut non intretis in temp- Mt. 26, 38. 41 tationem, et interpretatus cuius sint passiones, dicit: spiritus quidem promptus, caro autem infirma, ostendens igitur per omnia ueracem et diuinitatis dignitatem et carnis dispensationem.

60 Antiochi episcopi Ptolemaidis in sermone contra haereticos: Noli confundere naturas et circa dispensationem non contremiscas. tene deum, da deo decentia; suscipe hominem, da homini decentia. esuriit iste qui secundum te, pauit ille qui ultra te est; sitiuit qui hodie natus est, ambulauit supra mare qui sine tempore splenduit.

61 Iohannis episcopi Constantinopolitani in crucem: Christum cum audieris, non deum cogites solum neque incarnatam dispositionem solam, sed utrumque, et deum uerbum et incarnatam dispensationem. noui Christum esurientem et noui Christum ex quinque panibus et duobus piscibus pascentem quinque milia extra mulieres et infantes. noui Christum sitientem et noui Christum aquam in uinum mutantem. noui Christum super aquas ambulantem et noui Christum in naui dormientem. noui Christum morientem et noui Christum mortuos suscitantem. noui Christum Pilato astantem et noui Christum patri consedentem. noui Christum a Iudaeis lapidatum et noui Christum ab angelis

---

57 *Theodoret.* 3, 249 [ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου] *cf. Facund.* 11, 3 **58** *Theodoret.* 3, 250 **59** *locum extare in homilia II* [p. 26] *earum quarum uersionem Armeniacam edidit Aucher Venetiis 1827, uidit Dürks, de Seueriano Gabalitano* p. 20 **60**, 24/25 Noli — contremiscas = *Theodoret.* 2, 162 **61** *PG* 50, 818 [*inter spuria*]; 30—33. p. 106, 1 = *florileg. cod. Vatic.* 1431 II 20

s

2 formam *s* 10 quem *s* τοῦτον *Theod.* 11 dei *Theodoret. om. s* 13 suscitatum *Theodoret.* suscitatam *s* 17 carnis *scripsi secundum Armenum* passiones *s* 18 cognoscentes = γνωρίζοντα, *cf. Armenum* 32/33 οἶδα Χριστὸν πλεύσαντα καὶ οἶδα Χριστὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων περιπατήσαντα *Ioh. flor.* 35 συγκαθεζόμενον *Ioh.* consistentem *s* lapidatum *s* ἐμπτυόμενον *Ioh.*

adoratum. et aliud quidem infertur deitati, aliud autem humanitati; propterea namque utrumque dictum est, quoniam noui Christum ex Maria natum et noui Christum ante saecula genitum.

XXXIII INCIPIT EPLA SCI LEONIS PP ROMANAE VRBIS SCRIPTA AD SCAE MEMORIAE FLAVIANVM EPM CONSTANTINOPOLITANAE VRBIS

36 Dilectissimo fratri Flauiano Leo. Lectis dilectionis etc. Coll. Nouar. de re Eutychis 5 [Act. conc. t. II 2, 1 p. 24—33, 10].

INCIPIT PAPAE GELASII AD LAVRENTIVM

37 XXXIIII In prolixitate epistulae etc. = *Coll. Auell.* 81. *in florilegio Collectionis Sangermanensis* 14 XIII—XV *epistula Anastasii ad Vrsicinum dicitur*

38 Gelasius episcopus uniuersis episcopis per Dardaniam et Daciam constitutis. Audientes orthodoxam = *Coll. Auell.* 101

39 XXXVI Gelasius uniuersis episcopis per Dardaniam constitutis sicut etiam cunctis fratribus per Dalmatias destinata est. Vbi primum etc. = *Coll. Auell.* 79

XXXVII RESCRIPTUM EPORVM DARDANIAE PP GELASIO

40 Domino sancto apostolico et beatissimo patri patrum Gelasio papae urbis Romae humiles episcopi Dardaniae. Saluberrima apostolatus = *Coll. Auell.* 80

41 ⟨XX⟩XVIII Gelasius episcopis per Dardaniam constitutis. Valde mirati sumus etc. = *Coll. Auell.* 95

42 Cognoscat igitur quoniam illud = *Coll. Veron.* 6

43 = *Gelas. tract. II Thiel. Sirmond l. c. p. 170. tractatum neque a Gelasio neque a quouis papa Romano scriptum esse probauit Tillemont* XVI 648

Incipit tractatus domni Gelasii, in quo etiam ponit exempla epistolarum ad locum sancti Simplicii papae atque Felicis, per ** Timothei Aeluri uel Petri Alexandrini impietatum olim quae nouerint uel uisi fuerint iudicasse. postea propriis prosequitur dictis instruens quid aduersus Graecos debeat responderi

524 **1** Illud, inquit, nunc me ⟨non⟩ mediocriter facit attonitum, quod isdem litteris suis Petrum, qui haereticorum socius dudum extitisse probetur et princeps, quod conscientiam dilectionis tuae meminimus non latere instructionesque ipsas quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catho-

---

27—p. 107, 16 *epist. Simplicii ad Acacium* [*Coll. Auell.* 68] 152, 11—153, 18

s

1 infertur *scripsi* infert *s* ἐπάγω *Ioh. flor.*

B

23 ponet exemla *B* 24 *lacunam indicaui, e. g. supplendo* quas demonstrat 26 aduersos *B* 27 nunc me mediocriter *B* me non mediocriter *Coll. Au.*

licam saepeque nos de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sit certum, ad praefatae ecclesiae regimen existimet prouehendum eumque promittat rectae fidei definitionibus conuenire, a cuius utique, sicut superius dixi, consortio tam degit extraneus quam ab eius communione discretus est. ad quam si nunc redire respondit, nisi per satisfactionem Christianis regulis conpetentem non potest introire ac perinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medellae quae post paenitudinem praebenda est, consequenter aptari, animae suae cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu conuincitur fuisse peruersus, ne per speciem remeantis non remedium sincerae saluationis inquirat, sed facultatem propagandae prauitatis inueniat. quo facto non huiusmodi magis ab errore detrahimus quam perniciem fidelibus inrogamus eoque modo Calchedonensis synodi statuta uiolantes aditum saeua copulatione grassandi in ecclesiam lupis rapacibus aperimus. denique ab isdem ipsis cum quibus olim a catholica participatione diuisus est, pontifex dicitur postulari, ut satis euidenter appareat non eos rectam fidem uelle, sed in praesule proprio nefandi dogmatis quaerere potestatem neque inter ipsos et ueraciter sentientes pax inde possit fida generari, unde haereticarum mentium crescit funesta dominatio et catholicorum succedit miseranda captiuitas

2 Sed iam ueniamus, inquit, ad eos quorum unum a pontificio Alexandrinae ecclesiae secludendum ** et de superiore loco multo uiolentius in seruitutem catholicam redigat libertatem et cetera = *Coll. Veron.* 1 p. 3, 2. 3. 16. 17

3 Vbi esse, inquit, iam consequens — crimina = 20 p. 68, 9—15

525

Et multa similia in diuersis epistulis eorum diligens lector, si requirat, inueniat. praetermitto iam scripta et ammonitiones papae Simplicii, quae plerique uilia aestimant et iudicant contemnenda; illud consideremus adtentius quid de eodem Petro tunc cum adhuc sanum forte saperet, iudicarit Acacius qualemque de eo sententiam ad apostolicam sedem direxerit

Domino sancto et beatissimo patri archiepiscopo Simplicio Acacius. Sollicitudinem omnium ecclesiarum — principe sacerdotum = *Coll. Veron.* 4 p. 4, 12—5, 16

Ecce testimonium Acacii ualidissimum quid de Timotheo, quid de Petro senserit. uere enim, sicut scriptum est in euangelio de Caipha illo pontifice, euenit Acacio. dicitur enim de illo, quia cum esset anno ⟨illo⟩ princeps sacerdotum, de domini dixerit passione: expedit ut unus homo moriatur pro populo et non tota gens ⟨pereat⟩, et Ioh.11,50.51

B

1 pellendum *B* sit *Coll. Au.* est *B* 3 degit *Coll. Au.* di *B* 4 si nunc *Coll. Au.* signum *B* satisfactionem *Coll. Au.* sanctionem *B* 5 ad *Coll. Au.* in *B* 7 affectans *Coll. Au.* effectalis *B* 8 speciam *B* 11 ecclesia *B* 13 appereat *B* 14 inter *Coll. Au.* interior *B* 15 fida *Coll. Au.* feda *B* hereticorum *B* 16 *post* captiuitas *habetur* Cap XLI *B* 18 dudendum *B* *quae omissa sint, uideas l. c.* uolentius *B* 20 esset *B* 21 diligens *Sirmond* dirigens *B* inueniet *Sirmond* 22 uilia *Sirmond* uigilia *B* 23 contemnanda *B* 24 iudicarit *Sirmond* iudicatum *B* 30 qui *B* illo *om. B* dixere *B* 31 pereat *om. B*

subiungit euangelista beatus Iohannes hoc, inquiens, a semet ipso non dixit, ⟨sed⟩ cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit. ita et hic, cum in summi esset sacerdotii dignitate locatus, utrum nolens an inuitus, dubitare quippe nos eius uarietas et inconstantia fecit, uerissimam de inimicis dei tulit sententiam. quam si seruare uoluisset, procellam quam ab ecclesia ueraciter depulerat, rursus in ecclesiam
Mc. 4, 39 ipse non reuocasset et de quo dixerat tace et obmutesce, rursus Petri personam loqui in ecclesia minime permisisset, quem similiter procellam et a sancto spiritu dissipatam esse praedixerat quemque filium noctis asseuerauerat et quem ab opere luminis alienum amantemque tenebras latronum operibus congruas esse narrauerat, qui falsum sacerdotii
526 nomen ab eo qui paternos, ut ipse ait, canones subuerterat, artibus dolosis sibi ipse inposuerat. hic Petrus, de quo beatae memoriae Timotheus catholicus, ut ipse dixit, paternorum custos canonum, Alexandrinae quondam ecclesiae pontifex, ad sedem apostolicam multa rettulit deteriora quam superius continentur, asserens specialiter et affirmans inimicum fidei, inimicum Calchedonensis synodi per omnes extitisse infelicitatis conatus.

Quid igitur nobis faciendum est? non credemus tot et tantis tantarum sedium sacerdotibus, qui omnes uno ore, uno consensu publicam et feralem humanae salutis bestiam Petrum esse dixerunt, in cuius se communione perniciosa coniunctione suadente daemo-
Gal. 2, 18 nico spiritu infeliciter sociauerat Acacius, male rursus aedificans quod bene destruxerat? nec opus plura hic dicere, cum timentibus deum et formidantibus diem iudicii et ecclesiae unitatem diligentibus satis aperteque causa sit clara. haec enim sola ratio est quae unitatem diuidit et concordiam dissipat, quia quamdiu praeuaricatorum nomina de ecclesia non auferuntur, pacis uinculum nullatenus redintegrare permittunt. si enim licet sectatoribus uel communicantibus Eutychetis, ut fuit eius sectator Petrus et communicator Acacius, in ecclesia nomina recenseri, cur sectatoribus et communicatoribus Arrii uel ceterorum haereticorum simili sorte non liceat? an minoris impietatis et perfidiae Eutyches fuisse putabitur quam Arrius? nemo hoc ⟨eorum⟩ quidem ⟨qui⟩ sani capitis sunt, audebit dicere. si ergo par est impietas, par sit et utrorumque detestatio, ne si semel talis fuerit intromissa licentia, omnibus exinde omnia liceant fiatque, quod absit, tam
Ezech. 22, 26 passiua rerum confusio atque commixtio, ut nulla inter mundum et inmundum sit secundum prophetam certa discretio. non est quidem nostrae humilitatis de totius orbis
527 dissensione ferre sententiam, est tamen nostrum de propria salute esse sollicitos, quoniam unusquisque pro se rationem redditurus est ante illud tribunal iudicis et regis aeterni, in
Mt. 12, 36. 5, 26 quo etiam de uerbo otioso minimoque quadrante sumus nostrorum rationem actuum praestituri. unde et optamus qualiacumque et quantacumque super nos inportauerit inimicus, tolerare discrimina in saeculo praesenti, tantum ne causas incurramus mortis aeternae.

B

1 sed *om.* *B* 4 constantiam *B* 5 noluisset *B* ecclesia *B* 7 ecclesiam *B* procella *B* 9 narrabat *B* 11/12 paternarum *B* 16 credimus *B* 17 publicam *Sirmond* supplicam *B* 19 sociauero *B* 20 hinc *B* 22 diuidit et] diuidet *B* quia *Sirmond* quae *B* 24 sectatorum uel communicatorum *Sirmond* 26/27 euthicetis *B* 27 eorum *et* qui *addidi* capti sunt *B* 28 pars sit *B* 30 passiua *Sirmond* parsiua *B* 32 dissensionem *B* sollicitis *B* 33 unusquique *B* 34 quadranae *B* 34/35 praestituri *Sirmond* praestorum *B* 35 qualicumque *B*

Sed dicitur de Petro, quamquam sine approbatione dicatur, praesertim de homine perspicacissimo, qui per triginta annos famosus expugnator fuerat ueritatis, quod paenitentia acta susceptus sit in ecclesia. numquam igitur per triginta annos agere potuit paenitentiam nisi tunc cum episcopatus amore et ambitionis ardore feruebat? o rem monstro simillimam ante illum potuisse locum summi sacerdotii optinere quam posset uel breui spatio pro tam immani crimine paenitens uideri uel conspici. sed soluit illud, inquit, auctoritate sua prius Acacius et sic suscepit. utinam se ipsum miserrimus omnium secumque quam plurimos non aeternae mortis compedibus alligaret, qui cum superbissimo perflatus spiritu thronum humilitatis altius efferre conatur quam decuit, et praesumptionibus suis aditum undecumque conquirit simulque per fas et nefas calcat et transit inuiolabilia statuta sanctorum ⟨patrum⟩, cum ipso quem imitatus est, ut auctore superbiae in profundissimam ruinam deiectus id dereliquit ecclesiae unde lugerent pacifici fidelesque et humiles flerent. si enim ille modum temperata potestate seruasset, nec Petrum haereticum nullo regulari ordine absolutum pro eius audaci temeritate in sua societate hodie ecclesia suspiraret assumptum nec caritatis, quae omnium uirtutum ⟨est⟩ perfectio et sine qua secundum apostolum inania sunt uniuersa quae facimus, tanta filii pacis dispendia paterentur 1 Cor. 13, 1–3
nec mordendo inuicem consumerentur [inuicem]. sed quolibet modo dicatur Petrus esse 528
susceptus, apparet tamen eum fuisse haereticum, qui paenituisse pro ⟨per⟩uersitate defenditur et quod prauus et infidelis fuerit et de ecclesia ecclesiastico iure proiectus, ambigi dubitarique non potest. sed concedamus paulisper paenituisse eum, quod nullatenus uerum est: uidendum ergo est quomodo, id est utrum qui ordine competenti ⟨et⟩ regulari seueritate excisus et extirpatus est, [ac] paenitens recte et consequenter receptus sit. sed numquam docebitur, numquam monstrabitur, numquam omnino probabitur eius purgationem fuisse legitimam, quae non est competentibus regulis celebrata. secundae enim sedis antistitem nec expellere quisquam nec reuocare sine primae sedis assensu uel potuit uel ⟨ullo iure deb⟩uit, nisi forte confuso iam ordine rerum atque turbato nec prima nec secunda nec tertia sedes debeat obseruari uel suscipi secundum antiqua constituta maiorum et sublato capite, ut uidemus, omnia membra uario inter se compugnent certamine fiatque illud quod de populo scriptum est Israhel: in illo tempore non erat dux in Israhel, Iud. 21, 24
unusquisque quod placitum erat in oculis suis, faciebat. qua enim ratione uel consequentia aliis sedibus defendendum est, si primae beatissimi Petri sedi antiqua et uetusta reuerentia non defertur? per quam omnium sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata trecentorumque decem et octo patrum inuicto et singulari iudicio uetustissimus iudicatus est honor, utpote qui domini recordabantur sententiam tu es Mt. 16,18.19
Petrus et super hanc petram fundabo ecclesiam meam et portae inferi non praeualebunt aduersus eam. et tibi dabo claues regni caelorum et

---

B

1 hominem *B* 5 summi *scripsi* suum *B* possit *B* 6 paenitens uideri *Sirmond* penitus uiderit *B* 8 allegare *B* 10 conquiret *B* 11 patrum *addidi* qui *B* ut auctores *B* auctore *Sirmond* 11/12 profundissima ruina *Sirmond* profundissimarum a *B* 12 lugerent *Sirmond* lucent *B* 14 absoluto *B* hoc diae *B* 15 est *add. Sirmond* 17 inuicem² *deleui* quodlibet *B* 18 paenituisse *Sirmond* penitus se *B* prouersitate *B* 18/19 *conicio* non ostenditur 21 et *addidi* 22 ac *del. Sirmond* 26 ueluit *B* 27 sedis *B* 31 deferendum *Labbé* beatissime *B* antique *B* 34 iudicatus est *Sirmond* uiduatus sit *B* 35 inferni *B*

quaecumque ligaueris uel solueris in terra, erunt ligata uel soluta in
Lc. 22, 32 caelo et rursus ad eundem ecce ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua,
Ioh. 21, 15 et tu aliquando conuertere et confirma fratres tuos et illud si amas me,
pasce oues meas. quare igitur ⟨ad Petrum⟩ tam frequens domini sermo dirigitur?
529 numquidnam reliqui sancti et beati apostoli non erant simili uirtute succincti? quis hoc
audeat adfirmare? sed ut capite constituto schismatibus tolleretur occasio et una monstraretur compago corporis Christi, quae ad unum caput glorisissima dilectionis societate concurreret, et una esse ecclesia, cui fideliter crederetur, unaque domus unius domini et unius redemptoris, in qua de uno pane et de uno calice nutriremur. quam rationem ⟨secuti⟩, sicut dixi, maiores nostri uenerandi illi ecclesiarum magistri clarissimaque illa populi Christiani lumina, quos merita uirtutum suarum usque ad confessionis gloriosissimas palmas et martyrii fulgentes extulere coronas, ad illam sedem qua princeps apostolorum sederat Petrus, sui sacerdotii sumpta principia repleti Christi caritate mittebant suaeque inde solidatae grauissima firmitatis roboramenta poscentes, ut per hanc speciem omnibus appareat uere unam esse per omnia et indissolubilem Christi ecclesiam, quae concordiae uinculo mirabilique caritatis textura composita sola et indiuisa per totum ostenderetur esse tunica
Ioh. 19, 24 Christi, quam nec milites ipsi qui dominum crucifixerunt, diuidere ausi fuissent. quae nunc si propter perfidiam Petri, Acacii tyrannicam superbiam impiamque praesumptionem eius uiolatur atque conscinditur, uidete et sapienter ostendite in quam graue periculum nostra deducitur conscientia, dum tanta maiorum soluitur obseruantia. quis enim non agat quodcumque libuerit, si semel in consuetudinem corruptus ordo peruenerit? aut erit, si non est ⟨et⟩ soluta sunt omnia? si autem hoc sacrilegum est etiam cogitare, cur non cum diligentissima obseruatione teneatur haec forma maiorum, cum sit in hoc obseruationis tenore ineffabilis indubitataeque unitatis euidens et grande mysterium? an duae sunt
Eph. 2, 14 ecclesiae et duo pastores? absit. unus est enim qui fecit utraque unum tollens de medio inimicitiarum parietem in corpore suo.

Cur ergo per Petri et Acacii nomina rursus inimica sepes intertexitur, quam semel Christi crux mors et sanguis destruxit soluit et euertit? non ergo diuidat eos interpositum Petri et Acacii nomen, quos tanti mediatoris pretiosus sanguis uniuit. postremo aequum est ut qui nos libenter et conpetenter uultis habere subiectos, cedatis et ipsi antiquo more maioribus, ut confidenter imperare possitis minoribus uestris. duodecim certe fuere apostoli paribus meritis parique dignitate suffulti cumque omnes aequaliter spiritali luce fulgerent, unum tamen principem esse ex illis uoluit Christus eumque dispensatione mirabili in dominam gentium tunc Romam direxit, ut in praecipua urbe uel prima primum et praecipuum principem dirigeret Petrum, ibique sicut doctrinae uirtute sublimis emicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratus aeterno hospitio conquiescit, praestans sedi, quam ipse benedixit, ut portis inferi numquam pro domini promissione uincatur

---

B

4 ad Petrum *add. Sirmond* 7/8 non curreret *B* 9 secuti *addidi* 11 usque *Sirmond* quae *B* confessiones *B* 12 martyrii fulgentes *Sirmond* misterii fulgentur *B* quam *B* 13 suae *Sirmond* 13/14 solidatae *scripsi* solidatis *B* soliditatis *Sirmond* 15 uinculum *B* 17 dm̄ *B* 19 expendite *Sirmond* graui periculo *B* 21 si semel *Sirmond* simel *B* consuetudine *B* 21/22 aut — omnia *om. Sirmond* 22 et *addidi* 23 sint *B* 27 saepis *B* intertexitur *scripsi* intexitur *B* 28 sanguinis *B* 29 postremum *B* 30 ipsis *B* 34 dogmina *B* roma *B*

omniumque sit fluctuantium tutissimus portus. in quo qui requieuerit, beata et aeterna 530
statione gaudebit; qui uero contempserit, ipse uidebit qualia genera excusationum in die
obtendat iudicii. me enim credo spero confido in Christo quod ab eius caritate nec tri-
bulatio nec angustia nec gladius nec persecutio nec uita nec mors umquam poterit separare.
incumbat persecutio, saeuiant leges: militi Christi gloriosius est mori quam uinci, frau-
dari praesentium commodis melius quam carere futuris. EXPLICIT

44 = *Felic. ep. 14 Thiel. Sirmond l. c. 148*

XLII Gelasivs Flavitae episcopo constantinopolitano. Multa sunt quae nobis 266
praebeant de tuae dilectionis ordinatione laetitiam et sperare diuino beneficio cohortentur
ecclesiasticae pacis effectum, primum quidem quod talem te gratia caelestis elegerit cuius
a puero ⟨uita⟩ probabilis asseratur et catholicae fidei, quod ante omnia cupimus, prae-
dicetur intentio; deinde quia inter haec munera tuae dominus caritati domni quoque filii
nostri gloriosissimi principis uotum contulit et fauorem, quatenus potestatis fultus deo
praestante subsidio facilius ualeas expetere quae secundum ueritatem sapienter inten-
deris; postremo quod omnia propemodum, quae tui sequuntur honoris exordium, tam beni-
uolentiam nobis clementiae principalis ostendunt quam tuae produnt speciem uoluntatis, 267
dum scilicet [et] ad apostolicam sedem regulariter destinatur, per quam largiente Christo
omnium solidatur dignitas sacerdotum; quod ipsae dilectionis tuae litterae apostolorum
summum petramque fidei et caelestis dispensatorem mysterii creditis sibi clauibus beatum
Petrum apostolum confitentur; quod denique, ut amplius unanimes esse ualeamus, nobis-
cum dilectionem tuam ⟨circa⟩ orthodoxam fidem habere uelle testantur consensum.
quae cum non mediocria uideantur indicia quibus de tua mente nobis procedere uotiua
credamus, ad testimonium maius accessit ut filii nostri religiosi monachi rectae fidei con-
fessione pollentes pariter huc uenirent. quibus utique uisis aestimauimus non aliter
destinatos nisi nominibus damnatorum, a quorum isti communione distabant, de Con-
stantinopolitana ecclesia iam repulsis. itaque nihil superesse perspeximus nisi ut his
qui dilectionis tuae synodica baiulabant, communionis apostolicae participatio praeberetur.
sed dum cum ipsis sollicitius ageretur, ut si mallent beati Petri apostoli communionem
fideli corde suscipere, responderent uel se uel dilectionem tuam ab Alexandrini Petri Aca-
ciique deinceps recitatione futuram modis omnibus alienam, illi nihil sibi tale mandatum
fuisse perhibentes oblatae salubriter gratiae nostrae consentire noluerunt. qua eorum
cunctatione permoti, cum litterae uenientes uel ipsa rerum dispositio aliud promittere ui-
deretur et relatio praedictorum longe aliter quam sperabatur, referret, communionem
quidem nostram contristati distulimus, quam remotis dubietatibus optaramus ** plena
catholicae fidei hoc quod circa orthodoxam fidem consensum nobiscum se habere promisit,

---

B
1 fluctantium *B* 3/4 tribulatione *B* 4 gaudium *B* 5 uici *B* 6 qua *B* futurus *B*
7 Gelasivs *B* Felix *Sirmond, quod ad rem pertinet, recte* Flaviqve *B* 10 uita *add. Sirmond*
11 caritate *B* 13 ualeat *B* 14 sequantur *B* 15 principale *B* 16 et *del. Sirmond*
20 circa *addidi* consensum *scripsi* assensum *B* 23 pellentes *B* 24 nominibus *Sirmond*
omnibus *B* 26 participatione praeueretur *B* 27 communione *B* 29 futura *B* alienum *B*
30 qua eorum *Sirmond* quae rerum *B* 32 efferret *B* 33/34 obtaramus — fidei *B*; *sensum loci corrupti ita restituam:* optaramus praebere, ita tamen ut tuae dilectionis alteram epistulam plenam — fidei ⟨ob⟩
34 circa *Sirmond* contra *B*

arbitremur esse uenturam. alioquin nihil nobis poterit inputari, si ⟨a⟩ complectentibus catholicae foedera caritatis beati apostoli Petri consortio Alexandrini Petri societas praeferatur. erit enim apud deum homines⟨que⟩ manifestum talia perpetrantes non nostro uitio, sed suo prorsus arbitrio separari idemque ante tribunal Christi modis omnibus terribiliter iudicandum. non sumus pertinaces, sed dogmata paterna defendimus, quemad-
268 modum etiam tuae dilectionis pagina designauit zelum pro orthodoxis ostendere nos debere. Calchedonensi concilio, quod uniuersalis sanxit et custodit ecclesia, Eutyches atque Dioscorus non probantur esse damnati? an eorum complices Timotheus atque Petrus instructionibus plurimis conuenientibus non docentur, sicut hi quoque quos misit tua dilectio, peruiderunt? an eorum communionem frequenter et regulariter interdicentibus nobis non est secutus Acacius, quos ipse suis epistolus haereticos dixerat olimque damna-
Gal. 2, 18 tos * male rursus aedificans quod bene ante ipse destruxerat, secundum apostolum praeuaricator apparuit? ideoque iuxta praefatae synodi tramitem merito illic damnatae perfidiae parem cuncti subiere uindictam, qui huius maluerunt esse participes, quemammodum contra unamquamque haeresim synodus constituta cunctos etiam deiectae semel prauitatis astringit, ne in successoribus omnino reparandum esset quod in auctoribus iuste monstratur esse prostratum. absolui autem Petrus nulla ratione potuit sine apostolicae sedis assensu, qua fuerat mandante seclusus, sicut de recipiendis talibus forma ueterum testatur antistitum. qui etiam Petrus, si [de] legitima fuisset curatione sanatus, ad indulgentiam suscipi debuit, non ad sacerdotii dignitatem, qui a damnatis atque haereticis institutus catholicis plebibus nulla posset ratione praeponi.

Perspicis et ipse nobiscum salutaria esse quae dicimus. unde etiam in tuis litteris, cum de beati Petri fide loqueris, quod cum tota gratulatione legimus, catholica mente posuisti: 'ut qui cum eo sicut uos credunt, consona uoce gloriantes dispersa colligere ualeamus.' quaero igitur quaenam illa sint uel qua rerum perturbatione dispersa, nec alia nunc prorsus occurrunt nisi quae per Eutychianae pestis eiusdem⟨que⟩ sequacium sunt exagitata uesaniam, dilectio uero tua operam det nobiscum quatenus possint quae te quoque fatente
